rebus in aliis literis[6]*; deinde etiam proxime de ingressu Caesaris*[7] *Spalatinus et ego verbose et copiose scripsimus. Contristet vicissim Deus hos nebulones, qui acceptas literas aut suppresserunt aut perdiderunt*[8]*. Quottidie in aulam ex nostro diversorio imus ad Cancellariorum*[9] *mensas. Nulla dies est, in qua non interrogemus, an tabellarios habeant Coburgum, et cum sunt nuntii, nullum vacuum dimittimus nostrarum literarum. Verum videmus te paene subirasci nobis, qui (Dominus novit!) extra culpam sumus et in scribendo assidui ac citius nimis verbosi, quam negligentes sumus. Hoc egimus apud Cancellarium Bruck, ut Princeps mitteret hunc tabellarium equitem huc rediturum, et rogamus te et obtestamur per Christum, nos certiores reddere digneris, quot epistolas intra mensem aut hoc tempore, quo hic sumus, acceperis*[10]*. Tabellarius ille, quem nostro sumptu misimus*[11] *et cui coacti sumus dare quatuor aureos, non tam propter meam uxorem et nostros illos missus est, quam propter te. Jam in primis hoc injunximus ei, ut bona fide redderet praefecto Coburgensi*[12] *fasciculum literarum ad te. Ille nebulo rediens et tantum unam adferens brevem epistolam tuam*[13]*, quam forte acceperat in reditu, et*[a] *cum urgeretur, ecquid abs te non acceperit literas prolixiores*[b]*, videbatur nobis timide et obscurius loqui et excidebat ei aliquid inter loquendum de fasciculo literarum Torgae relicto. Sed postea cum nebulonem urgeremus, nihil potuimus ex ipso extorquere aliud, quam quod jurabat se Coburgi literas reddidisse. Digneris significare, quomodo illa res se habeat, ut in illo scelerato nebulone et monstro, si nos ausus est fallere, nostrum ulciscamur dolorem. Recta ibit in carcerem, aut si convictus erit, in crucem tolletur, nam nihil aeque odi atque illam rusticorum malitiam et perfidiam.*

Quod ad Comitia attinet, omnia, quae quidem hactenus alicujus momenti cognovimus, copiose ad te perscripsimus, ita, si nunc repeterem, forsitan vetera viderentur. De ingressu autem Caesaris, si forsitan Spalatini et meae ad te non pervenerunt, mitto tibi descriptionem pompae, quae hic excusa est[14]*.*

Proxime Dominus[c] *Cardinalis Saltzburgensis*[15] *vocavit Dominum Philippum Melanchthonem*[d] *ad privatum colloquium per Wolffgangum Stromerum*[16] *Nurmbergensem*[e], *qui cum rediret ab eo bene calefactus*[f] *jam altera hora noctis mane narravit*[g], *quid essent confabulati. Nihil, inquit, audivi nisi extremas minas, et tamen*[h] *non sententiam capitalem*[i]. *De hoc coram mira audies, optime pater, quam*[k] *securi sint*[l], *quasi nullus sit aut vivat*[m] *Deus*[n], *quam confidant in potentia humana*[o], *quam ipsis videamur esse*[p] *formicae et muscae*[q].

Fuimus et nos duo[r], *Philippus et ego, apud Cornelium Scoperum*[s][17], *olim Regis Danorum exulis aulicum, nunc Caesaris secretarium. Ille dixit, ut salse*[t] *et festive jocari solet, nos (si pecuniam haberemus) facile religionem quam vellemus empturos ab Italis; si autem nobis*[u] *non essent nummi*[v], *tum siccam et aridam futuram causam nostram. Negat idem, ullo modo fieri posse, ut nunc sic*[w] *cinctus Cardinalibus et Episcopis,* [x]*Caesar aliam probet aut amplectatur religionem quam papisticam, sic ei illa*[y] *vetera sunt persuasa. Breviter: confidunt in hominem et Christum rident*[z]. *Dixerat Salzburgensis ad Philippum*[a], *audito vocabulo ‚conscientiae':* Ach[b], Conscienz! was Conscienz, Conscienz[c]! Der Kaiser wird *conturbationem publicam*[d] nicht leiden! *Sed ignorant miseri homines, quam sit munita turris et ferreus murus*[18], *quam firmus apparatus contra omnem potentiam diaboli et mundi nomen Domini. Dominus dedit nobis hactenus robur et animum adversus illas comminationes, et evangelium filii sui hactenus glorificavit miraculis maximis, ut in rusticorum seditione sedata etiam videmus. Ille si sit adjutor, non digito nos attingent, et si attigerint, non nocere possunt homines. Omnia cedent in bonum. Vale in Christo. Datae Augustae Sabbato post Octavam Corporis Christi anno 1530.*

Tuus ex animo Justus Jonas Doctor.

[a] eigentlich überflüssig. — [b] Conjectur von 3 für literas, prolixius rursus 2. — [c] Dominus fehlt 4. — [d] Melanchthonem fehlt 4. — [e] Noricum 4. — [f] concalefactus 4. — [g] † nobis 4. — [h] tantum 4. — [i] Hier folgt bei 4 die Stelle unten: Dixerat Salzburgensis .... leiden. — [k] De hoc etc. fehlt 4. — [l] sunt 4. — [m] aut vivat fehlt 4. — [n] † mirum 4. — [o] † et 4. — [p] esse fehlt 4. — [q] et muscae fehlt 4. — [r] et nos duo fehlt 4.

— [s] Schopperum 4. — [t] false 4, aber corrigirt S. 1037. — [u] nobis fehlt 4. — [v] adesset aurum 4. — [w] sit 2. 3. — [x] † ut 2. 3. — [y] illa fehlt 4. — [z] vgl. oben Note i. — [a] ad Philippum fehlt 4. — [b] „Ach“ fehlt 4. — [c] „was Conscienz“ rc. fehlt 4. — [d] reipublicae 4.

[1] Matth. 10, 16. — [2] Urban Rhegius; fehlender Brief, wohl die Antwort auf Nr. 1644. — [3] Casp. Müller, der mansfeldische Kanzler (? vgl. Nr. 1686) oder der kurf. Leibarzt Dr. Casp. Lindemann?, gleichfalls fehlender Brief.

[4] Die Zahl der Briefe, 4, ist richtig, aber in der Zeitangabe irrt Jonas, da zwischen dem ersten und zweiten Brief 3 Wochen dazwischen liegen (Kawerau I, 161[1]).

[5] Der uns verlorene Brief vom 22. Mai, vgl. Nr. 1657[1].

[6] Nr. 1657 und 1658. — [7] Nr. 1660.

[8] Aus Luthers Antwort (Nr. 1683) ergibt sich, daß die Beschuldigung der Boten grundlos war.

[9] Greg. Brück und Christian Baier.

[10] vgl. die Antwort Luthers darauf Nr. 1683. — [11] der den Brief vom 22. Mai brachte, vgl. Nr. 1657, Z. 11.

[12] v. Falkenstein. — [13] wahrscheinlich Nr. 1656.

[14] wohl die Nr. 1660[3] sub 3 erwähnte Schrift.

[15] Matth. Lang; vgl. Nr. 1673[6].

[16] Wolf Stromer v. Reichenbach, geb. 1471, nahm nach zurückgelegten Studien zuerst Kriegsdienste, war dann eine Zeit lang im Dienst des Erzbischofs Matth. Lang von Salzburg, kam 1520 in den Rath seiner Vaterstadt Nürnberg, wurde mehrfach bei Religionsverhandlungen verwendet, z. B. bei der Brandenburg-Nürnberger Visitationsordnung (vgl. Haußdorff, Leben Spenglers 280; Westermayer, Brandenb.-Nürnb. KO. 1894. S. 69), und starb 13. August 1552 (Biedermann, Geschl.-Regist. des Nürnb. Patriciats. 1748. tab. 468). In Augsburg scheint er nicht besonders hervorgetreten zu sein, in den vielen Berichten der Nürnb. Gesandten an den Rath wird er niemals erwähnt.

[17] vgl. Nr. 1660[18]. — [18] Anspielung auf Spr. Sal. 18, 10 und Jer. 15, 20.

Augsburg. Nr. 1675. 25. Juni 1530.

Justus Jonas an Luther.

(Zweiter Brief.)

Beantwortet am 30. Juni.

Druck: **1.** Coelestin I, 135[b]; **2.** Schirrmacher 361; **3.** Kawerau I, 163, Nr. 181. — **Deutsch:** Walch XVI, 973. 976.

Gratiam et pacem Dei in Christo. Suspendit hic Caesar et prohibuit utrinque[a] *conciones, ubi paene biduo*

deliberatum est, non contra faciendum esse, sed ferendum et parendum esse Caesari mandanti, uti hic in urbe imperiali, praesertim cum non solum nobis, sed et papistis et sacramentariis, qui hic regnarunt, interdictum sit concionibus pacis causa, donec fiat cognitio. Interim dominicis diebus praelegitur nudus textus Evangeliorum et Pauli. De hac re scripsit tibi Dominus Philippus, et ego quoque in meis literis hoc significavi[1].

Heri Caesar cum Electoribus et statibus Imperii convenit in praetorio et audivit perorantem Cardinalem Campegium, qui non admodum longam orationem habuit[2]. *Hortatus est ad concordiam Germanos et ad bellum gerendum contra Turcas. Nihil acerbe, nihil odiose dixit contra Lutheranos. Sub idem tempus mox audita est legatio Austriacorum*[b3] *vel statuum illius*[c] *regni, qui miserabiles querelas proposuerunt de minis et terroribus Turcicis, cum in quinto jam discrimine vitae, bonorum etc. cum uxoribus, liberis singulis versentur momentis. Recitata instructio est assidente rege Ferdinando. Erat hic dies etiam praefixus nostris Principibus, ut offerrent articulos suae confessionis, quibus subscripserunt noster Elector, junior Princeps, deinde Marchio Georgius, Dominus Ernestus Dux Luneburgensis*[d], *Princeps Hassiae, Dominus ac Princeps ab Anhalt, senatus Nurmbergensis*[e], *senatus Reutlingensis. Landgravius*[4] *plane hoc dimicavit et ursit, ut coram statibus Imperii et Caesare articuli praelegerentur et voce recitarentur. Econtra rex Ferdinandus in ipso consessu prehendit nunc hoc nunc illud*[f] *insusurrans in aurem et non*[g] *conquievit, donec eo die impediret recitationem*[5]. *Hodie tamen hora secunda, non quidem in tam frequenti consessu, sed in cubiculo Caesaris coram Principibus quibusdam legentur nostri articuli*[6]. *Sumus adhuc in spe, si causam cognoscet clementer Caesar, de qua*[h] *haud scio, an unquam cogniturus sit*[i], *sic circumdatus Cardinalibus, sumus, inquam, in spe, ut tu, optime pater, huc voceris per heroldum. Nihil possum pronuntiare, magnae sunt disputationes prudentiae carnis, te contra privatas insidias et vim non fore tutum. Debebant autem nos animare priora miracula. Equidem*

ipse nollem, te in hac gravissima causa subire discrimen[k] *et periculum itineris. Dominus gubernabit.* Es sind sechs Cardinäl hie und viel Theologen und hispanische Bischofe[7]: *Cardinalis et Episcopus Tridentinus, Saltzburgensis Cardinalis, Moguntinus Cardinalis et Episcopus Leodiensis*[1], *Legatus Papae ad Ferdinandum*[8]. *Hi quotidie sunt in palatio Caesaris, et alias examen sacerdotum circumdedit eum ut apes, et exardescunt et inflammantur quotidie novo odio et invidia adversum te et nos, ut ignis in spinis*[9].

Ego scripsi tibi[10], *quomodo liber tuus acceptus sit ille propheticus et sanctissimus. Sed, Deus bone! quid scribere juvat, si contra miseros nos hoc tali tempore hoc fatum*[11] *incidit, ut nullae literae reddantur?* [m]*Ad Philippum vellem dares*[n] *creberrimas*[o], *mirabili enim tristitia*[p] *nonnunquam*[q] *ob publicam causam afficitur. Nos hortamur, ut arrepto*[r] *psalterio Davidicis*[s] *verbis*[t], *alienis verbis*[u], *non suis loquatur de hac*[v] *tanta causa cum Deo; sed vincit*[w] *affectus. Ego, Dominus novit! vitam me tibi debere profiteor pro tuo Psalterio*[11], *adeo nihil consolationis habeo in his agonibus variis, quam tuum Catechismum, ubi dominum*[x] *Deum meum esse mihi annuntias, et deinde*[y] *aureos psalmos, quos, Christo sit gratia! nos intelligimus, et adversarii jam caeci ignorant, ut commiseratione digni sint potius, quam odio.* Ach Gott! wer danken kunnt herzlich! Wie viel reicher ist Argula von Stauffen, denn alle die Bischofe, *qui adeo ignorant Deum et ignorantur a Deo. Rogo te et obtestor per Christum, nullam omittas occasionem ad nos*[z] *scribendi. Saluta M. Vitum. Saluta in literis tuis uxorem tuam et filiolum et filiolam. Det Christus, si est voluntas in coelis, ut incolumes videamus nostros. Amen. Datae Augustae sabbatho post 8. Corporis Christi*[a] *1530.*

Scripsi tibi etiam[12], *quomodo Caesar Corporis Christi processionem celebrarit, quomodo noster Princeps et alii non ierint una. Sed quis det, ut sidera, quae nostris epistolis et nuntiis adversantur, mutentur, et nos eo nomine desinamus esse miseri! Iterum vale in Christo*[b].
[c]Mein gnädigster[d] junger Herr lässet eure Rosen in einen

hubschen Stein schneiden und in Gold fassen, wird ein sehr schön Petzschaft[e], das wird Sein[f] Gn. euch[g] selbs uberantworten.

Justus Jonas, tuus ex animo.

[a] utriusque 2. — [b] Bohemorum 2. — [c] istius 1. — [d] Lunebergensis 3. — [e] Noribergensis 1. — [f] praehendit hoc nunc illos 2. — [g] et nec 1. — [h] quo 2. — [i] est 2. — [k] crimen 1. — [l] Rossaensis 1. — [ll] factum 1. 3. — [m] Von hier bis affectus auch in CR. II, 156 als Theil des Briefs Nr. 1691. — [n] † quam CR. — [o] † epistolas CR. — [p] † est, qua CR. — [q] nimiumque 1. — [r] accepto CR. — [s] Davidis CR. — [t] † et CR. — [u] verbis fehlt CR. — [v] hac fehlt CR. — [w] † magnitudo CR. — [x] so vermuthlich statt domi bei 1. 2. — [y] deinde fehlt 1. — [z] me 1. — [a] Datae Augustae 25 Junii, Sabbatho post Johannis Baptistae 1. — [b] Scripsi etc. fehlt 1. — [c] Von hier an bis zum Schluß auch in CR. II, 156 als Theil des Briefes Nr. 1691. — [d] gnädiger CR. — [e] Pitschier CR. — [f] † F. CR. — [g] auch 2.

[1] vgl. Nr. 1660. 1661. — [2] Am 24. Juni, gegen 3 Uhr, fand auf dem Rathhaus (curia, Coelest. I, 123[b], nicht auf der Pfalz, wie Schirrm. 489 angibt) die zweite allgemeine Reichstagssitzung statt, welche mit der Ansprache des Campegius (bei Coelest. I, 124; deutsch bei Walch XVI, 953 mit falschem Datum) begann, die keineswegs so milde war, wie sie Jonas hinstellt, wenn auch der Name Luthers in ihr nicht erwähnt wird. Eine kurze, in Bezug auf die Evangelischen allerdings mild gehaltene, den Dank der Versammlung für die orationem gravem, piam, christianam et hisce temporibus, si ullis aliis, maxime necessariam aussprechende Erwiderung gab der Kurfürst von Mainz (Coelest. I, 131[b]; Walch XVI, 968).

[3] Die Namen der österreichischen, steirischen, kärnthischen und krainer Gesandten bei Coelest. I, 132 f., auch bei Sender l. c. 268, der sie jedoch sämmtlich als zum Gefolge Ferdinands gehörig aufführt. Ihr Sprecher war Sigm. v. Dietrichstein (vgl. Nr. 1691[4]), der Inhalt seiner Rede bei Coelest. l. c.

[4] Nach Coelest. I, 133[b] und dem Bericht der Nürnb. Gesandten, CR. II, 128 (vgl. auch Brück, Gsch. des Augsb. Reichst., in Förstemanns Archiv I, 52) ist nach dem Abgang der österr. Gesandten der Kanzler Brück aufgetreten und hat im Namen sämmtlicher evang. Stände den Kaiser gebeten, jetzt die Confession deutsch lesen zu hören, mit dem Erbieten, sie nachher lateinisch und deutsch dem Kaiser zu übergeben. Dieser schlug aber nach Unterredung mit einigen kathol. Ständen es ab, die Confession verlesen zu lassen, und begehrte deren einfache Uebergabe, worauf die Evangelischen durch Brück nochmals anhielten und der Kaiser es abermals abschlug. Erst auf das dritte Anhalten Brücks ließ er durch den Pfalzgrafen Friedrich sagen: er sei geneigt, ihrem Ansuchen Statt zu geben; dieweil es aber schon spät geworden, so sollten die Fürsten jetzt die Confession übergeben, und der Kaiser wolle sie dann am folgenden Tage in seiner Wohnung verlesen hören. Die Fürsten

baten darauf, der Kaiser möge die Verlesung auf dem Rathhaus anhören und ihnen die in der Eile gefertigte Confession bis morgen belassen, um sie nochmals recht zu übersehen und zu corrigiren. Letzteres bewilligte, ersteres schlug der Kaiser ab. — Von dem Landgrafen ist weder bei Coelest., noch bei den Nürnb. Gesandten die Rede, Brück ist allein der Sprecher; was hier Jonas von dem Landgrafen sagt, kann sich nur auf die Unterredung beziehen, welche die evang. Stände unter sich hatten, ehe sie dem Kaiser durch Brück antworten ließen.

[5] Den eigentlichen Grund der Verschiebung gibt Sarpi, Istor. del conc. Trid. lb. I. c. 11 an, dessen Worte Amelot de Houssaie in der französ. Uebersetzung (Amsterd. 1704. p. 50) weiter ausführt: L'Empereur ne voulant qu'elle fut lue en pleine Diète, remit la chose au lendemain, que la lecture s'en fit dans une sale qui pouvoit contenir environ 200 personnes, entre lesquelles le Légat ne se trouva point, de peur que la présence ne préjudicât au Pape. Es war also die Rücksicht auf den anwesenden Legaten. Schon der alte Weiß, diar. (l. c. p. 700) sagt: At non placuit Proceribus, bonum Christum publice audiri, sed postridie in praetorio Caesaris rem tractari.

[6] Brück l. c. 55: in Ihrer Maj. Capellen-Stube, daraus diejenigen sein geheißen worden zu entweichen, die nit der Fürsten und Herren Räthe wären; vgl. auch S. 58. Die Sitzung fand aber erst um 4 Uhr statt, Brück 55. Ueber das Aeußere des Vorgangs, den Saal, die Versammelten &c. vgl. Saubert, miracula Aug. Conf. 1631.

[7] Die in Augsburg anwesenden spanischen Bischöfe aufgeführt bei Sender 264.

[8] Jonas will hier die Cardinäle aufzählen, aber entweder zählt er nur 5, weil Campegius schon genannt war, oder er nennt ihn an erster Stelle schlechthin Cardinalis, als den wichtigsten. Die 6 Cardinäle waren: Campegius, Bischof Bernhard (v. Cleß) von Trient, Erzb. Matthäus (Lang) von Salzburg, Kurfürst und Erzbischof Albrecht von Mainz, Bischof Erhard (v. d. Mark) von Lüttich, und Vincenz (Pimpinelli) von Rossano, der päpstl. Legat an Ferdinand. Bezüglich des Letzteren irrt sich jedoch Jonas, da Pimpinelli, der 1525 Erzb. von Rossano geworden war, aber schon 1527 resignirt hatte, am 13. Okt. 1534 starb, ohne jemals Cardinal gewesen zu sein (vgl. Gams, ser. Episc. p. 917). Er hielt die Predigt bei der Messe, welche der Eröffnung des Reichstags voranging, die auch gedruckt wurde: VINCENTII | Pimpinelli | Archiepi Roſſan. | Oratio | Auguſtae habita | xij. Kal. Julij. | MDXXX. — Am Schluß: Excuſum Auguſtae Vindelicorum per | Alexandrum Vueyſſenhorn. | XV. July. | M.D.XXX. — 4 Bg. in 4. — Abgedruckt bei Coelest. I, 105. Eine deutsche Uebersetzung erschien „Getruckt zu Nürmberg bey Georg Wachter" 1530. — Coelest.

verbindet in seinem Text (vgl. Note 1) wohl Leodiensis mit legatus Papae und corrigirte daher den Namen in Rossaensis.
[9] vgl. Ps. 118, 12. — [10] vgl. Nr. 1657[27]; 1658[1].
[11] Meint Jonas hier die im J. 1528 neu ausgegangene verbesserte Psalmen-Uebersetzung? — [12] Nr. 1660. — [13] Luther empfing dieses Petschaft von dem Kurprinzen bei dessen Rückkehr am 14. September.

Augsburg. Nr. 1676. 25. Juni 1530.

Kurfürst Johann von Sachsen an Luther.

Beantwortet 9. Juli.

Handschriftlich: [1. Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 87;] 2. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 253; — Drucke: 3. Wittenb. IX, 411; 4. Jen. V, 36 (al. ed. 28); 5. Altenb. V, 28; 6. Leipz. XX, 175; 7. Walch XVI, 892; 8. Chyträus 44^b. — Lateinisch: Coelestin. I, 139^b. — Wir geben den Text nach 3.

Von Gottes Gnaden Johans, Herzog zu Sachsen und Kurfürst etc.

Dem Ehrwirdigen, Hochgelehrten, unserm Lieben, Andächtigen, Herrn Martino Luther zu Handen.

Unsern Gruß zuvoran. Ehrwirdiger und Hochgelehrter, Lieber, Andächtiger! Wir wissen Euch gnädiger Meinung den Zustand unser Sachen, Gottes Wort belangend, nicht unangezeigt zu lassen. Denn erstlich hat Kais. Maj., alsbald dieselb hieher gen Augsburg kommen und vom Roß abgestanden, an uns und unser Mitverwandten dieser Sachen begehrt, daß wir das Predigen abstellen wöllten[1], dawider wir denselbigen Abend, auch den folgenden Tag Ihr Maj. aufs unterthänigst mit Unterricht vieler guten Ursachen gebeten[2]. Wir haben es aber nicht erhalten mügen, sondern uns ist[a] endlich angezeigt worden, Ihr Maj. wollte aus beweglichen Ursachen das Predigen auf beiden Seiten verbieten und Prediger verordnen, die das Evangelium lauter und klar predigen sollten, damit niemand an der Seelen Speise soll Mangel haben, und Königliche Wirde zu Ungarn und Behem &c., Ihrer Maj. Bruder, soll den Sabrum auch nicht predigen lassen. Und hat darauf der Kaiser das Predigen in der Stadt verbieten lassen, und solch Verbot in allen Gassen durch einen Ihrer Majestat Diener, der mit zweien Posaunen zuvor hat blasen lassen, verkündiget.

Nu werden wir bericht, daß die Prediger, so der Kaiser verordnet, gemeiniglich[b] nicht mehr, denn den Text des Evangelii sagen[3]; was sie daneben lehren, sei kindisch und ungeschickt Ding. Also muß unser Herr Gott auf diesem Reichstag still schweigen. Wissen gleichwohl dem frummen Kaiser darinnen nicht gar Schuld zu geben, sondern mehr unsern Feinden und den Geistlichen, des Evangelii Abgünstigen.

So haben wir mit den andern Fürsten und Ständen, die uns in dieser Sach verwandt sind, bewilligen müssen, unser Meinung und Bekenntniß des Glaubens zu ubergeben. Aber unser Widerpart die wöllens (als wir bericht werden[c]) nicht ubergeben, sollen Willens sein, dem Kaiser anzuzeigen, sie hätten sich des Edicts gehalten und des Glaubens, den ihre Väter auf sie geerbet und bracht hätten, dabei gedächten sie auch[d] nochmals[e] zu bleiben[4]; würde sie aber der Papst oder an desselbigen Statt der Legat, sampt Kaiserlicher Majestät, einen[f] andern weisen, und daß sie einen neuen Glauben annehmen sollten, darinnen wollten sie des Kaisers Bedenken unterthäniglich vernehmen.

Also sind wir am Tag Johannis Baptistä mit unsern Verwandten fur Kais. Maj., dem König von Behem, auch Kurfürsten und Ständen in öffentlicher Audienz erschienen, haben uns erboten, unsere Artikel nach Kais. Maj. Begehr in Latin und Deutsch zu stellen, die deutschen öffentlichen zu verlesen und uberantworten. Aber das öffentlich Verlesen haben wir auf vielfältigs Bitten dermaßen nicht erhalten können, denn der König und der Widerpart hat aufs fleißigst dafur gewehret. Aber so viel haben wir erhalten, daß auf heut Kais. Maj. dieselbigen Artikel in Ihrer Maj. Palast will hören. Das ist darumb also angestalt, daß nicht viel Leute dabei sein können[5].

Der allmächtige Gott verleihe seine Gnad fürder, daß die Sachen ergehen zu seinem Lob und Preis. Darumb wöllet Ihr auch den allmächtigen Gott bitten und fleißig anrufen, als wir nicht Zweifel tragen, daß ihrs ohn diese unsere Erinnerung thut. Und wie sich die Sachen weiter zutragen werden, das wöllen wir euch[g] ferner auch zu erkennen geben. Denn euch zu Gnaden und allem Guten sind wir gnädiglich geneigt. Datum zu Augsburg am[h] 25. Junii[i] Anno 1530.

[a] † eigentlich und 2. — [b] gänzlich 2. — [c] „werden" fehlt 1. — [d] „auch" fehlt 2. — [e] nachmals 1. 2. — [f] eines 8. — [g] „auch" fehlt 3. — [h] † Sambstag nach Johannis Baptistä Tage 1; Sabbatho post Johannis Baptistae 2. — [i] „25. Junii" fehlt 2.

[1] vgl. Nr. 1660[15]. — [2] Die Schrift der protest. Fürsten an den Kaiser in Betreff des Predigens, d. d. Freitag nach Corp. Christi bei Chyträus 41 und Müller 538. Die Verhandlungen, welche die kaiserl. Commission (Kurfürst von Köln, Markgr. Joachim d. j. von Brandenburg von wegen seines Vaters, der kurpfälz. Hofmeister Ludwig v. Fleckenstein, welcher das Wort führte, Georg von Sachsen, Ludwig von Baiern und Albrecht von Mecklenburg) mit den protest. Fürsten führte, bei Müller 548. — [3] vgl. Nr. 1661. — [4] vgl. auch Brück l. c. 49. — [5] vgl. Nr. 1675.

(Augsburg.) Nr. 1677. 26. Juni 1530.

Melanchthon an Luther.

Beantwortet am 29. und 30. Juni.

Original: [1. München, Cod. I. p. 277]; — handschriftlich: 2. Ms. Manlii p. 39; — Drucke: 3. Mel. epp. lb. I, ep. 9; 4. ed. Lond. I. p. 6; 5. Coelestin II, 196; 6. Corp. Ref. II, 140 (aus 1). — Wir geben den Text nach 6.

D. Martino Luthero, Patri carissimo.

S. D. Versamur hic in miserrimis curis et plane perpetuis lacrymis. Ad has hodie mira consternatio animorum nostrorum accessit, lectis Viti literis, in quibus significat, te nobis ita irasci, ut nostras literas ne legere quidem velis[1]*. Non exaggerabo, mi pater, dolorem meum verbis, sed te quaeso, ut reputes, quo in*[a] *loco, quanto in periculo simus, ubi praeter tuam consolationem nihil quicquam habere solatii possumus. Quotidie confluunt huc sophistae et*[b] *monachi, ut accendant odium Caesaris adversus nos. Episcopi sua sponte crudeliter oderunt nos*[c]*. Amici, si qui antea fuerunt, nunc*[d] *absunt*[2]*. Nos hic soli ac deserti*[e] *infinitis conflictamur periculis. Oro igitur te, ut respicias vel nos, qui certe tuam auctoritatem in rebus maximis sequimur, vel rempublicam, et non recuses legere nostras literas, et respondere, tum ut gubernes nostras actiones, tum ut con-*

soleris nos. Caesari est exhibita defensio nostra, quam tibi mitto legendam[3]. *Satis est meo judicio vehemens; nam monachos sic*[f] *satis depexos*[g] *videbis*[4]. *Nunc mihi videtur constituendum, priusquam respondeant adversarii, quid velimus concedere ipsis; de utraque specie, de conjugio, de privata Missa omnis erit deliberatio. De his rebus responde*[5], *ac inprimis de privata Missa*[h], *quam nullo modo videntur amissuri adversarii. Hunc nuncium conduxi de meo; et nuper miseram peculiarem nuncium*[6], *qui a te rediit inanis. Adversarii nostri*[i] *jam deliberant, quid velint respondere. Omnia igitur pendent adhuc. Vale feliciter.* Sonntag *post Johannis.*

Φίλιππος[k].

[a] in fehlt 2—5. — [b] ac 2—5. — [c] Episcopi etc. fehlt 2—5. — [d] fuerunt nostri, absunt 2—5. — [e] despecti 2—5. — [f] hic 2—5. — [g] depictos 2—5. — [h] omnis erat etc. fehlt 2—5. — [i] nostri fehlt 2—5. — [k] Datum und Unterschrift fehlen 2—5.

[1] In gleicher Weise schrieb Mel. an V. Dietrich am selben Tage, CR. II, 141, dem er den Brief an Luther unversiegelt beilegte: Non obsignavi, ut tu legas et recites vel invito.

[2] Nach Virck, Straßb. Corresp. S. 92, versteht Mel. unter den amici die gewissermaßen günstig Gesinnten am kaiserl. Hof, wie Valdes u. a. Aber Valdes war ja nicht abwesend. Vielmehr scheint Mel. dasselbe sagen zu wollen, was Spalatin in seinem „Kurzen Verzeichniß der fürnemesten Punkte Christlicher Bekentniß" ꝛc. (Wittenb. IX, 412[b]) bemerkt hat: „Etliche Fürsten, die billig unser Freund sein sollten, haben sich fast also gestellt unter der Verlesung ...., daß daraus zu vermerken, daß sie es nicht sehr gern gehört haben; denn freilich die Widersacher es dafur gehalten haben, daß man dieses Theils der Sachen große Scheu würde haben, und alles das thun müsse, was man nur schaffen würde." Freilich ist nicht klar, wer unter den „etlichen Fürsten, die billig unser Freund sein sollten", gemeint ist. Köllner, Symb. I, 216 versteht es von weltlichen Fürsten, welche die Besserungen in der Kirche, besonders die Abstellung so manches Mißbrauchs in ihren Landen hätten wünschen müssen.

[3] An V. Dietrich (l. c. 142) noch der Zusatz: Caesar mandavit, ne excudatur. Itaque cavebis, ne emanet in publicum; Principes enim promiserunt Caesari, se daturos operam, ne spargatur in publicum. Pomeranus haec officia non curat. Ideo nolo Witebergam mitti.

[4] In der Confess. art. 27. — Am nämlichen Tage schrieb Mel. an Camerar. (CR. II, 140): Valdesius, secretarius Caesaris, vidit [die Confession], antequam exhibuimus, ac plane

putavit πικρότερον esse, quam ut ferre possint adversarii. Dagegen sagt Spalatin (l. c.) über den Charakter der Confession, welche Mel. hier satis vehemens nennt: „Die Gnade hat Gott je gegeben, daß niemands verunglimpft ist worden in dem Bekenntniß, und daß es aufs gelindest gestellet ist, damit je niemand uber einig Scharren zu klagen hätte".

[5] Obgleich Mel. am folgenden Tage diese Bitte an Luther wiederholt, wartete er doch dessen Antwort nicht ab, sondern suchte die durch Valdes mit dem Kaiser geführten, ins Stocken gerathenen vertraulichen Verhandlungen wieder aufzunehmen, indem er darüber an den Kölner Domprobst, Grafen Hermann v. Nuenar, schrieb, wie aus dessen Antwort vom 28. (CR. II, 149) hervorgeht. Vgl. auch Brieger l. c. 317.

[6] vgl. Nr. 1645[1].

Veste Coburg. Nr. 1678. 27. Juni 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 13. und 19. Juni.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 33; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 82; **3.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 264 (datirt: Ultimo Junii); [**4.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 340;] **5.** Cod. Nebel; **6.** Zwickau, Rathsschulbibl. XXXVI (nur theilweise); [**7.** Hamburg, 46. 4°. 6; **8.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 85[2]; **9.** Cod. Jen. b. f. 110;] — Drucke: **10.** ALIQVOT | EPISTOLAE REVERENDI | PATRIS PIAE MEMORIAE D. | Martini Lutheri quibusdam Theologis | ad Augustana Comitia. Anno 1530. scri- | ptae, de conciliationibus Christi & | Belial differentes, ex quibus mul-|ta remedia praesentibus Ec-|clesiae morbis salutaria, | peti possunt. | Et quaedam alia lectu digna. || .... (7 Zeilen, Bibelsprüche.) || 1549. — s. l. (Magdeburg, wohl Mich. Lotther). — Herausgeber: Matth. Flacius Illyricus. Der Brief steht Bl. A_4^b; — **11.** Coelestin II, 198; **12.** Scultetus, annal. 157 (datirt 29. Julii!); **13.** Buddeus 111; **14.** de Wette IV, 49. — Deutsch: Spalatins Annal. 217; Chyträus 98 (datirt 29. Juni, als Antwort auf 26. Juni); Wittenb. IX, 425; Jen. V, 55, al. edit. 39; Altenb. V, 163; Leipz. XX, 184; Walch XVI, 1062. — Wir geben den Text im Ganzen nach 14, von den zahlreichen Varianten nur die wichtigeren, Nr. 7—9 sind nicht berücksichtigt.

Philippo Melanchthoni, charissimo Christi discipulo, Christophoro[a].

Gratiam et pacem in Christo, in Christo, inquam[b], non in mundo, Amen. De apologia silentii

vestri[c][1] alias[2], mi Philippe. Hic nuntius fortuito et repente oblatus et abiturus aegre has[d] e Wittemberga acceptas[e], usque ad Norimbergam ferendas, potuit expectare, ut inde ad nos[f] veniret, donec nuntio alio latius[g] scriberemus[h]. Ego tuas miserrimas[i] curas, quibus te scribis[3] consumi, vehementer odi: quod sic regnent in tuo corde, non est magnitudo causae, sed magnitudo incredulitatis nostrae[k]. Nam eadem causa major fuit sub Johanne Hus, et multis aliis, quam sub[l] nobis. Deinde ut sit magna, magnus est et actor et autor ejus[4], neque enim nostra est. Cur[m] igitur sic perpetuo et sine respiratione te maceras? Si est causa falsa, revocemus; sin vera est, cur facimus illum in tantis promissis mendacem, qui[n] jubet nos esse animo otioso et dormiente? ‚Jacta', inquit, ‚curam tuam super Dominum'[5]. His qui tribulato sunt corde[o] prope est Dominus omnibus, qui[p] invocant eum[6]. An[q] ista in ventum loquitur[r], aut ad bestias projicit? Ego etiam saepius concutior[s], sed non perpetuo. Philosophia tua ita te vexat, non theologia, ea, quae et Joachimum[7] tuum, qui mihi simili cura rodi videtur. Quasi vero ista[t] vestra inutili cura quicquam efficere possitis. Was kann denn der Teufel mehr thun, denn daß er uns erwürge[u]? Quid inde[v]? Obsecro te, qui in omnibus aliis pugnax es, luctare etiam[w] contra te ipsum, maximum hostem tuum, qui Satanae tantum armorum contra te ipsum[x] ministras. Christus pro peccatis[y] mortuus est semel[8], at pro justitia et veritate[z] non morietur, sed[a] vivit et regnat. Si hoc verum est, quis metus est pro veritate, si ille regnat[b]? At prosternetur[c] per iram Dei? prosternamur[d] et nos simul, sed non per nos. Qui pater noster factus est, erit etiam pater[e] liberorum nostrorum. Ego certe pro te oro diligenter, et doleo te pertinacissimam curarum hirudinem[f] meas preces sic irritas facere. Ego quidem quod ad causam attinet (stuporne sit, an spiritus, viderit Christus) non valde turbatus sum, imo spe meliore, quam spera-

veram fore. Potens est Deus mortuos suscitare[9], potens est et causam suam labentem servare, lapsam erigere, stantem promovere. Si nos digni non erimus, fiat per alios. Si enim nos illius promissis non erigimur, obsecro, qui sunt jam alii in orbe[g], ad quos ea pertineant? Sed alias plura, nisi quod in mare aquam porto.

Scias, literas vestras ante adventum Caesaris et post adventum ejus datas, Wittembergam heri profectas. Nam et illic misere silentio vestro sunt vexati, ut ex Pomerani literis[10] intelliges. Non est culpa nuntii, ut Jonas queritatur[h 11], sed omnium vestra[i], et vestra sola[k]. Christus spiritu suo vos omnes soletur, et roboret et doceat, Amen. Si audiero rem male affectam apud vos fore et periclitari vix continebo, quin advolem visurus[l] gyrum illum dentium Satanae formidabilem, ut Scriptura[12] dicit. Ex Eremo nostra, feria 2. post Johannis[m] 1530.

Saluta interim omnes, propediem alias literas dabimus[n].

T. Martinus Luther.

[a] Ueberschrift nur bei 2 und 5; Christophoro fehlt 5. — [b] † et 3. 10. 11; † pacem 5; † pacem et 4. — [c] de apologiae silentio 2. 13 (13 hat die Lesart im Text als Marginal); vestri fehlt 5. — [d] literas 2. — [e] adeptas 2. 5. 13. — [f] vos 2—5. — [g] st. latius: ad vos 2. 13. — [h] Amen etc. fehlt 12; Hic nuntius etc. fehlt 10. 11; donec etc. fehlt 3. — [i] miseras 4; maximas 10. 11. 14. — [k] vestrae 3. — [l] sub fehlt 4. 12. — [m] Quare 1; Cum 4; Quid 5. — [n] quibus 2 (aber -bus radirt). 5. 6. 12. 13 (am Rande: qui). — [o] His etc. fehlt 3. 4. 6. 11. — [p] Prope est Dominus omnibus his, qui tribulato sunt corde, prope est 1; Prope . . . corde, et qui 2. 5. 13; Prope . . . omnibus invocantibus eum et qui tribulato sunt corde 12. — [q] Num 1. 10. 11. 14. — [r] An isto temere loquitur 12. — [s] crucior 12. 13 (am Rand: concutior). — [t] ista fehlt 2—5. 13 (hat es aber am Rande). — [u] todte 3. 4. 6. 10. 11. 13 (am Rande). — [v] Quid inde fehlt 10. 11. 13. — [w] etiam fehlt 3. 4. 10. 11. — [x] ipsum fehlt 4. 6. 10. 11. 14. — [y] † nostris 2. 12. — [z] et veritate fehlt 2. 12.

(S. 34.) [a] st. sed: qui nunc 13 (am Rande aber sed). — [b] Si hoc etc. fehlt 3. 6. 12. — [c] † inquis 13. — [d] prosternatur 1. 3. 4; prosternetur 13 (am Rande). — [e] st. etiam pater: et 6. 13. 14. — [f] hirundinem 1. 2. 3. 11 (im Text: timidinem, aber unter den corrigendis: hirundinem), natürlich nur Verwechselung von hirundo, Schwalbe, mit hirudo, Blutegel, welch letzteres Wort wohl den Abschreibern unbekannt war. Chyträus übersetzt: und thut mir wehe, daß ihr die Sorg so gierig, wie die Wasser Egel das Blut, in euch sauget und mein Gebet so kraftlos machet. — [g] mundo 1. 10. 11. — [h] queritur 2. 5. 6. 10—14. — [i] omnino vestrum 14 (als bloße Vermuthung). — [k] solum 14; Scias, literas etc. fehlt 2. 5. 10. 11. 12. — [l] ursurus 13. — [m] Ultima Junii 3; 29. Julii 12. — [n] Saluta etc. fehlt 3. 10. 11. 12.

[1] Melanchthon verantwortete sich über sein Stillschweigen am 25. (Nr. 1673), worauf aber unsere Stelle sich nicht beziehen kann, da dieser Brief noch nicht in Luthers Händen sein konnte. Luther nimmt hier vielmehr Bezug auf den Brief des Jonas vom 12. (Nr. 1657), wie auch schon das Wort vestri (nicht tui) anzeigt. — [2] am 29. Juni (Nr. 1682).
[3] vgl. Nr. 1659.
[4] Aehnlich tröstete damals der hessische Rath Friedrich v. Trott mündlich den verzagenden Mel., vgl. Lenz, Brfw. Phil.'s v. Hessen mit Bucer, III, 496.
[5] Ps. 55, 23. — [6] Ps. 33, 19; 145, 18. — [7] Camerarius. — [8] Röm. 6, 10. — [9] Hebr. 11, 19. — [10] Fehlender Brief. — [11] Nr. 1657. — [12] Hiob 41, 5.

Veste Coburg. Nr. 1679. 27. Juni 1530.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg.

Gedruckt: 1. Schütze II, 147; 2. de Wette IV, 50.

Venerabili viro, Dn. Wenceslao Linco, fratri et majori suo in Domino.

Gratiam et pacem. Nuntius[1] sic festinabat, mi Wenceslae, subito et insperato oblatus, ut nec nostris vacaret scribere Augustam. Ideo tantum literas, a Wittemberga acceptas, ei tradidimus, ad te usque perferendas, quas tu, oro, susceptas cura nostris fideliter et certo Augustam mitti. Credo enim, vos isthic facile id posse, copia nuntiorum vobis abundante. Alias ubi tempus erit, tibi quoque latius scribam et aliis. Psalmus ‚Confitemini' vadit Wittembergam expositus et excudendus[2] verboso commentario[a], ut mihi displiceat. Interim saluta omnes, D. Spenglerum[b 3], Abbatem, Michaëlem[4], Joachimum, Eobanum, Osiandrum[5]. Si apud bonos viros domino meo Catharinae posses poma aurantia 1 Schock vel circiter comparare, lubens exsolverem. Fatigat me crebris literis, dicens, ea non esse Wittembergae. Vale cum vite et uvis tuis suavissimis. Ex Eremo tacita, feria secunda post Johannis 1530.

T. Mart. Luther.

[a] commento 1. — [b] Doctorem Spenglerum 1. 2 (1: Sprenglereum!); vgl. dazu Note 3.

[1] Der in Nr. 1678 erwähnte Bote. — [2] vgl. Nr. 1666[3].

[3] Doctorem Spenglerum, wie 1 und 2 haben, ist falsch, da der Stadtschreiber Laz. Spengler nicht Doctor war. Luther schrieb jedenfalls D. oder Dominos.

[4] Abbatem Michaëlem, 1. 2, ohne Komma, ist falsch, da es keinen Abt Michael in Nürnberg gab. Unter dem Abt ist der bekannte Friedrich Pistorius, der gewesene Abt zu St. Aegidien, gemeint, den Luther öfter auf diese Weise, ohne Namensnennung, grüßen läßt; Michael aber kann wohl kein anderer sein als der gelehrte Philologe am Aegidien-Gymnasium Michael Roting (Röting, Rötinger, geb. 1494 zu Sulzfeld in Franken, 1519 als Student Zuhörer bei der Leipziger Disputation, in Folge welcher er nach Wittenberg ging, inscrib. 4. Okt. 1520, Alb. p. 98, wo er mit Luther in Verkehr trat und nebst Hieron. Baumgärtner und Joach. Camerarius bei Melanchthon Kostgänger war; 1526 an das Nürnberger Gymnasium berufen, 1543 wegen Leibesschwachheit emeritirt, aber erst 20. Mai 1588, 94 Jahre alt gestorben), den Luther hier (freilich so viel ich sehe, das einzige Mal) mit seinen beiden Collegen Joach. Camerarius und Eob. Hessus grüßen läßt. (Vgl. auch Kawerau, Jonasbr. Nr. 121, wo Joachimus et Michael auch Camerar und Röting sind.

[5] Osiander war damals schon nach Augsburg abgereist, vgl. Nr. 1671[4].

Augsburg. Nr. 1680. 27. Juni 1530.

Melanchthon an Luther[1].

Original: [1. München, cod. I. in appendice]; — handschriftlich: 2. Ms. Manlii, p. 26; — Drucke: 3. Mel. epp. ed. Peucer, lb. I. ep. 10; 4. ed. Lond. lb. I. p. 7; 5. Coelestin II, 196[b]; 6. Corp. Ref. II, 145 (nach 1). — Wir geben den Text nach 6.

D. Martino Luthero, patri suo cariss.

S. D. Quamquam heri misimus tabellarium de nostro conductum, ut tibi nos purgaremus de silentio, tamen cum hodie iturus esset Februarius[2], *iterum scripsimus, ne quem vacuum hinc dimitteremus. Non potest dici, quantum dolorem acceperimus lectis Viti literis, qui significat, te implacabiliter irasci, quod parum assidui in scribendo nisi sumus. Nullo unquam tempore magis fuit nobis et consilio et consolatione tua, quam nunc, cum*

versamur in periculosissimis negotiis, et quidem tuam secuti hactenus auctoritatem. Itaque te oro propter gloriam evangelii, ut nos respicias, vel propter rempublicam, quae, nisi te gubernante, gravissimas tempestates subitura videtur. Christus passus est se excitari in navicula periclitante[3]. *Nos hic certe multo cum majoribus periculis conflictamur, in quibus acerbius nihil possit accidere nobis omnibus, quam si tu nos destituas. Non audeo hac de re queri apud Pontanum, ne quam ei sollicitudinem graviorem injiciam. Adhuc is status fuit nostrarum rerum, ut magnam partem temporis in lacrymis hic consumpserimus. Quare noli putare, nos tanquam Ulyssis socios*[4] *voluptate aliqua captos oblivisci tui. Et quidem saepe scripsimus, quod vere confirmare possumus.*

Nostra confessio est exhibita Imperatori, exemplum etiam tibi misimus[5]*, quod apud te retinebis, ne emanet in publicum; vetat enim Imperator edere*[6]. *Scripsi tibi, ut mihi significes, si ita res tulerit, quantum cedere adversariis possimus*[7]. *Res sunt antea deliberatae, ut scis*[8]*, sed semper aliter in acie se dant, quam ante sunt deliberatae. De Missa privata suspicor maximum fore certamen. Sed nihil adhuc habeo certi. Faber, Eccius, imo etiam Principes aliquot nihil nisi vim et bellum meditantur. Deus dissipet cogitationes populorum, qui bella volunt*[9]. *Vale et pro nobis ora.* Montags nach Johannis.

Philippus.

[1] Am 26., nachdem sein Brief schon weg war, erhielt Melanchthon einen Brief Veit Dietrichs, aus dem er entnahm, daß der erzürnte Luther den Brief vom 13. gar nicht lesen wollte. Um Luther zu beschwichtigen, wartete er eine Antwort auf seinen letzten Brief nicht ab, sondern benutzte folgenden Tags die Gelegenheit, dem nach Coburg reisenden Hornung abermals einen Brief an Luther mitzugeben, der inhaltlich mit dem vorigen ziemlich gleich ist; Melanchthon hoffte, Hornung würde den anderen Boten überholen und auf diese Weise sein Brief noch früher in die Hände Luthers gelangen (vgl. den Brief an Dietrich vom 27., CR. II, 146). Damit aber Luther um so sicherer veranlaßt werde, den Brief zu lesen, wenigstens seinen Inhalt zu erfahren, schrieb er wiederum zugleich an Dietrich

(CR. II, 146), dessen Brief er den an Luther gleichfalls unversiegelt wie den vorigen einlegte: Non obsignavi literas Doctoris, ut tu legas et vel invito recites (vgl. Nr. 1677[1]).

[2] Wolf Hornung (vgl. über ihn zuletzt Nr. 1612) war wohl nach Augsburg gegangen, um seine Sache gegen Kurf. Joachim persönlich zu betreiben, vielleicht that er auch, um seinen Lebensunterhalt zu gewinnen, dabei Botendienste.

[3] Matth. 8, 25. — [4] Homer. Odyss. 9, 95 ff. — [5] Nr. 1677.

[6] Das hatte er den Tag zuvor nur an Dietrich geschrieben, vgl. Nr. 1677[3]. Vgl. auch an Camerar., 26. Juni, CR. II, 140. Der Kaiser hatte nach Uebergabe der Confession von den evangel. Ständen durch den Pfalzgrafen Friedrich verlangt, daß sie das Bekenntniß nicht ohne K. Maj. Vorwissen wollten in Druck kommen lassen, worauf diese erwiderten, sie würden sich darin unverweislich zu halten wissen (Brück 55 f.). Noch vor Schluß des Reichstags erschien jedoch die Confession ohne Mitwissen der Fürsten zu Augsburg (?) im Druck (Mel. in der Vorrede zur Ausg. v. 1530, bei Georg Rhaw in Wittenberg: Haec confessio prorsus ignorantibus Principibus ... ab avaro aliquo typographo ante duos menses publicata est; vgl. CR. XXVI, 233 und 259; Kolde, Augsb. Conf. 11[1]), wodurch Mel., auch wegen der Fehler, die sie enthielt, bewogen wurde, selbst sie noch während des Reichstags drucken zu lassen, wovon Exemplare „gen Augsburg noch in währendem Reichstag kamen“ (Pistorius an den Landgr. Philipp, 18. Januar 1561, bei Kuchenbecker, Analect. Hass. 1732. Collect. XII, 441). Vgl. darüber Köllner, Symb. I, 233.

[7] Daß aber Mel. die Antwort Luthers nicht abwartete, vgl. Nr. 1677[5].

[8] Damit ist die Berathung gemeint, welche vor Beginn des Reichstags in Wittenberg oder in Torgau stattgefunden hatte. Damit stimmt, was Mel. am 31. Aug. mit Bezug auf die Vergleichsverhandlungen dieses Monats an Camerar. schreibt (CR. II, 334): nihil concessimus adversariis praeter ea, quae Lutherus censuit esse reddenda, re bene ac diligenter deliberata ante conventum, sowie auch die Antwort des Kurfürsten an die Nürnb. Gesandten am 29. Aug., CR. II, 322 f. Vgl. Brieger l. c. 272[1]. — [9] Ps. 68, 31.

(Augsburg.) Nr. 1681. (27. Juni 1530.)

Joh. Agricola an Luther.

(Fragment.)

Handschriftlich: [1. München, Cod. Bav. Vol. II, p. 653]; 2. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 287; 3. Trier, Ms. 1800. Nr. 236; — Druck: 4. Corp. Ref. II, 147 (aus 1).

(Excerptum ex epist. Jo. Agricolae in Comitiis Aug. 1530.)[a]

Quidam ex summis Principibus in Principum consessu ira commotus[b] *dixit:* Sie haben eine Schrift eingelegt auf weiß Papier mit schwarzer Dinte geschrieben. Wären wir Kaiser, wir wollten ihnen[c] antworten mit einer Schrift mit Rubriken[1] geschrieben. *Huic respondit alius:* Herr, wann Ihr das wollet, musset Ihr Euch fürsehen, daß Euch die Presilge[2] nicht unter die Augen spritzet[3].

[e]*Princeps noster ad inhibitionem Caesaris interdicentis ipsi conciones in aedibus respondit, se aeque verbo carere non posse atque pane quotidiano*[4].

[a] Ex literis Johannis Agricolae Eislebii 2. — [b] motus 1. 4. — [c] „ihnen" fehlt 1. 4. — [d] Hic 1. 4. — [e] Der Schlußsatz fehlt 3.

[1] Die Juristen bezeichneten ihre Titel oder Aufschriften mit rother Tinte, woher diese den Namen rubricae führten.
[2] Presilge = Brasilienholz, rothes Färbeholz, dann die davon bereitete rothe Tinte. Vgl. TR. 2614.
[3] Dasselbe erzählt auch Spalatin in seinem Tagebuch über den Augsb. Reichstag (Witt b. IX, 413[b]), zum 27. Juni, mit den Einleitungsworten: „Es soll neulich ein Fürst gesagt haben" ꝛc. Es wurde jene wohl am 25. gefallene Aeußerung erst am 27. bei den evangelischen Predigern bekannt, Agricola hat sie wahrscheinlich durch Spalatin erhalten, es wird demnach unser Brieffragment nicht vor den 27. Juni anzusetzen sein. Auch Weiss, diar. (l. c. 707) erzählt die Sache. — Luther verwendete diese Erzählung in der Schrift „Wider den Meuchler zu Dresden" 1531. Erl.[2] 25, 114.
[4] vgl. Nr. 1660. 1676.

(Veste Coburg.) Nr. 1682. 29. Juni 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 25. und 26. Juni; beantwortet mit dem folgenden Briefe am 8. Juli.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 28[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 113; **3.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 272 (datirt 1. Juli); [**4.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 341; **5.** Cod. Jen. b. f. 117; **6.** Cod. Closs.; **6a.** Berlin, Corbatus-Hdschr. der Tischreden]; — Drucke: **7.** Flacii aliquot epp. A_7; **8.** Coelestin II, 198; **9.** Budd. 113; **10.** de Wette IV, 51; **11.** Cyprian, l. c.

183 (nach 7). — Deutsch: Wittenb. IX, 426; Jen. V, 56 (al. ed. p. 39); Altenb. V, 164; Leipz. XX, 185; Walch XVI, 1069; Etliche schöne Trostschriften Luthers, Erf. 1547 (datirt: 9. Juli), und daraus Erl. 54, 175, Nr. 327 (auch 9. Juli); Chyträus 101; Wilhelm a Vallo III, b, S. 88 (datirt 30. Juni). — Von den Varianten geben wir nur die Abweichungen von 10 vollständig, von den anderen nur die wichtigsten.

Gratiam et pacem in Christo. Legi rhetoricam vestram de silentio vestro sese purgantem [1], mi Philippe. Sed interim bis ad vos dedi literas [2], quibus satis (saltem posterioribus, quas affert nuntius a nostro [a] Quaestore [3] ad Principem missus) [b] declaravi rationem mei silentii. Hodie redditae sunt simul et nuntii [4] et Februarii [c5] literae manus [d] vestrae novissimae, in quibus sic me commonefacitis vestrorum laborum, periculorum, lachrymarum, ut indignis modis videar vobis addere [e] meo silentio dolorem super dolorem, quasi ista ignorem ego, aut ego hic inter rosas sedeam et nihil curarum feram vobiscum. Atque utinam meae causae essent tales, quae lachrymas sinerent fluere. Juro [f6] et ego, nisi vesperi huc [g] venissent literae [h] vestrae illae priores de adventu Caesaris [7], fixum erat altero [i] die mittere nuntium, meo ipsius sumptu ad vos [k], ut rescirem, viveretisne an mortui essetis? Hoc testabitur M. Vitus, et tamen credo omnes vestras [l] nobis [m] esse redditas [8]. Nam illae, quae tandem tarde [9] veniebant de adventu et ingressu [10] Caesaris, simul fere venerunt. Sed fuerit haec Ate [n] aut [o] Satan aliquis, und hab ihm, was er haben soll.

Accepi Apologiam [11] vestram, et miror quid velis, ubi petis, quid et quantum sit cedendum Pontificibus [12]. De Principe est alia quaestio, quid illi concedendum [p] sit, si huic periculum impendeat [q]. Pro mea persona plus satis cessum est in ista Apologia, quam si recusent, nihil video, quid amplius cedere possim, nisi videro eorum rationes aut [r] Scripturas clariores, quam hactenus vidi. Ego dies et noctes in ista causa versor, cogitans, volvens, disputans et tam Scripturam lustrans, et augescit mihi assidue [s]

ipsa[t] πληροφορία[u] in ista doctrina nostra, et confirmor magis ac magis, daß ich mir (ob Gott will) nu nichts mehr werd nehmen lassen, es gehe drüber, wie es wolle[v].

Principi juniori, ut petis[13], scripseram, sed laceravi rursus literas, metuens, ne moverem isti[w] ingenio cogitationes, et tum[x] excusationes audirem, quas nollem[y]. Ego hic satis commode valeo[14], videtur enim[z] spiritus ille remittere (scilicet precibus fratrum et vestris fractus), qui me colaphisavit hactenus, quamquam suspicor loco ejus successisse alium, qui corpus meum fatiget. Tamen malo ferre tortorem hunc carnis, quam carnificem illum spiritus. Et spero, qui vicit in me patrem mendacii, vincet etiam homicidam[15]. Er hat mir den Tod geschworn, das fühle ich wohl, hat auch kein Ruge, er habe mich denn gefressen. Wohlan, frißt er mich, so soll er (ob Gott will) ein[a] Purgation fressen, die ihm Bauch und Ars zu enge machen soll. Was gilts? Es will gelitten sein, wer den Christum haben will. Facile esset et nobis regnare, si vellemus[b] eum negare[c] et criminari. Es heißet[16]: Per multas tribulationes etc. Das sind nu nicht mehr Wort, sondern ist ins Werk kommen, da mügen wir uns nach richten. Est tamen, qui facit cum tribulatione[d] proventum fidelibus[e][17].

In[f] literis tuis displicuit[g], quod scribis[18] vos in ista causa[h] meam autoritatem secutos[i]. Nolo vobis autor esse aut dici in ista causa, etiamsi id commode possit interpretari[k], tamen vocabulum hoc nolo. Si non est simul et aeque vestra causa, nolo eam dici meam, et vobis impositam. Ipse agam, si solius[l] mea[m] est. Literas vestras omnes redditas credo, si[n] quas dedistis per nuntium Doct. Jonae. Postea nullae sunt redditae, nisi illae de adventu et ingressu Caesaris ac quas deinde misistis usque in hunc diem. Quare et Viennam pictam[19] me habere scias[o]. Sed inter nuntium Jonae et ingressum Caesaris crucifixistis nos silentio vestro satis bene[p].

Consolatus sum te proximis literis[20], utinam non occidentibus, sed vivificantibus. Quid possum aliud?

Finis et eventus causae te discruciat, quia non potes eum comprehendere[q]. At si[r] eum comprehendere posses, nollem ego[s] istius causae me esse participem, multo minus autorem. Deus posuit eam in locum quendam communem, quem in rhetorica tua non habes, nec in philosophia tua: is vocatur fides, in quo loco omnia posita sunt οὐ βλεπόμενα καὶ μὴ φαινόμενα[21], quae si quis conetur reddere visibilia, apparentia et comprehensibilia, sicuti facis tu, is referat curas et lachrymas pro mercede laboris, quales tu refers, nobis omnibus frustra reclamantibus. Dominus pollicitus est se habitare in nebula[22], et tenebras posuit latibulum suum[23]. Wer da will, der machs anders. Si Moses comprehendere studuisset[t] finem, quo evaderet exercitum Pharaonis, Israël adhuc[u] hodie fortassis esset in Aegypto. Dominus adaugeat tibi et nobis omnibus fidem. Hac habita quid faciet Satan cum toto mundo? Quod si nos non habemus fidem, cur non saltem aliena fide nos solamur? Sunt enim necessario[v] alii qui credant[w] loco nostri[x], nisi nulla est amplius ecclesia in mundo, et Christus desiit esse nobiscum ante consummationem saeculi. Si enim nobiscum non est, obsecro, ubi est in toto mundo? Si nos ecclesia, vel pars ecclesiae non sumus, ubi est ecclesia? An[y] Duces Bavariae, Ferdinandus, Papa, Turca et similes sunt ecclesia? Si nos non habemus verbum Dei, qui sunt qui habent? Si ergo Deus nobiscum, quis contra nos? Peccatores sumus et ingrati, sed non ideo ille mendax erit. Neque tamen possumus peccatores esse in ista causa sancta et divina, etiamsi in nostris viis mali sumus. Sed tu non audis ista, ita Satan te affligit et aegrotare facit. Medeatur tibi Christus, quod valde et assidue oro, Amen[z]. Opto mihi dari occasionem accedendi ad vos[24], quamquam ardeo injussus et invocatus[a] venire. Hae literae ad Brentium[25] et Doctorem Casparem[26] ire debebant cum proximis literis, sed nuntius abierat, cum deferrentur[b]. Saluta omnes, neque enim omnibus denuo

scribere possum. Gratia Dei tecum et cum omnibus vobis, Amen[c]. Die S. Petri et Pauli[d] 1530.

Martinus Luther.

Clausis litteris incidit cogitatio, fortasse tibi videri me parum respondisse ad quaestionem tuam[27], quantum et quatenus concedendum sit adversariis; sed tu etiam parum quaesivisti, non signasti, quae et qualia arbitreris a nobis postulanda. Ego sicuti semper scripsi, omnia eis concedere paratus, tantum solo evangelio nobis libere permisso. Quod autem cum evangelio pugnat, concedere non possum. Quid aliud respondeam[e][28]?

[a] meo 9. — [b] saltem etc. fehlt 2. 7. 8. — [c] Februarii fehlt 1. — [d] manus fehlt 6; simul et etc. bei 10 nicht im Text, sondern nur in der Note. — [e] † in 1. — [f] Imo 2. 7—10. — [g] eo 2—4. 7—9. — [h] literae fehlt 1. — [i] altera 10. — [k] ad vos fehlt 2. 7. 8. — [l] † literas 4. — [m] mihi 1. 2. 7. 8. 9 am Rand. — [n] ἄτη 3. — [o] vel 1. 10. — [p] cedendum 1. 3. — [q] si ei pericula impendeant 1; De Principe etc. fehlt 2. 7. — [r] et 6. 9. 10. — [s] quotidie 9 am Rand. — [t] ipsa fehlt 1. 3; ista 6. — [u] certitudo 9 am Rand. — [v] will 1. 4. — [w] illi 4. 8. 9; huic 3. — [x] tamen 4. 9; tantum 8. — [y] Principi juniori etc. fehlt 2. 7. — [z] etiam 1. 4. 6. 9 am Rand; et 3.

(Z. 52.) [a] † solche 1. — [b] velimus 1—4. 7. 8. — [c] rogare 4. — [d] tentatione 2. 6—8. — [e] fidelis 2. 3. 7—9. — [f] † his 1. — [g] displicet 4. 9 im Text. 10; † mihi 1. 3. — [h] in ista causa fehlt 2—4. 7—9. — [i] † esse 1. — [k] commodam interpretationem admitteret 2. 7. 8. 9 am Rand. — [l] sola 6. — [m] † causa 1. — [n] scilicet 3. — [o] Quare etc. fehlt 3. — [p] Literas vestras etc. fehlt 2. 7—9; 10 nur in der Note. — [q] deprehendere 6. 9. 10. — [r] † tu 1. — [s] ego fehlt 1. — [t] statuisset 4. 9. 10. — [u] usque 4. 9. 10. — [v] st. necessario: in Christo 1. — [w] credunt 1. 3. 7. 8. — [x] nostro 9. — [y] Num 2. 7. 8. — [z] Hier schon hat 10 und einige andere den unten folgenden Satz: Saluta omnes etc.; 6 schiebt aus dem Brief vom 5. Juli (Nr. 1697) hier die Stelle ein: Bene speramus . . . utar.

(Z. 110.) [a] st. injussus etc.: non vocatus 2. 7. 8. — [b] Hae literae etc. fehlt 2. 7—9. 10 nur in Note. — [c] Amen fehlt 2. 7. 9. — [d] st. Die etc.: 1. Julii. 3. — [e] Die Nachschrift nur bei 1. 3. 10.

[1] Nr. 1673 und 1674, beide vom 25. Juni, welche am 29. in Coburg angekommen waren.

[2] Die Briefe vom 5. und 7. Juni, Nr. 1654 und 1656.

[3] Arnold v. Falkenstein, vgl. Nr. 1667[2].

[4] Nr. 1677 vom 26. Juni. — [5] Demnach kam auch Nr. 1680 vom 27. Juni schon am 29. in Coburg an. Ein Brief von Augsburg nach Coburg gebrauchte gewöhnlich 3 bis 4 Tage (Köstlin[3] II, 655). Nehmen wir an, Hornung sei am Morgen des 27. von Augsburg abgereist, und am 29. gegen Abend in Coburg angekommen, so hatte er zwar allerdings den Boten mit dem Brief vom 26. nicht überholt, war aber doch noch am nämlichen Tage nach Coburg gekommen und demnach sehr schnell gereist.

⁶ Wir ziehen die Lesart Juro st. Imo vor, weil bei der letzteren es heißen müßte st. et ego: et mihi ... fixum erat, was indessen keine einzige Handschrift oder Druck darbietet.

⁷ Der Brief vom 13. (Nr. 1659), welcher die bevorstehende Ankunft des Kaisers meldet, noch nicht die Ankunft selbst; Luther unterscheidet Nr. 1683, Z. 15 f. adventus und ingressus.

⁸ gegen des Jonas Meinung in Nr. 1674.

⁹ nicht vor dem 25. — ¹⁰ Nr. 1660. 1661.

¹¹ die Augsb. Confession, welche zuerst den Namen Apologia führte.

¹² vgl. Nr. 1677⁵. — ¹³ vgl. Nr. 1634¹⁶; 1645¹⁸.

¹⁴ Am 4. Juli schreibt V. Dietrich an Agricola (Ztschr. f. kirchl. Wst. u. Leben I, 50): Doctor Deo gratia bellissime valet, nec est tam constanti et duranti incolumitate usus, dum hic fuimus. Moderate tamen satis laborat, ne suo vitio aegre pulsum morbum accersat. — ¹⁵ Joh. 8, 44.

¹⁶ Apstlgsch. 14, 22. — ¹⁷ 1 Cor. 10, 13 (Vulg.) — ¹⁸ Nr. 1677.

¹⁹ vgl. Nr. 1645. Am 25. Juni schrieb Mel. an V. Dietrich (CR. II, 162, welcher Brief nur eine Nachschrift zu CR. II, 126 zu sein scheint, vgl. Knaake 48¹³²): Significa mihi, utrum Doctor acceperit depictam Viennae obsidionem, quam ei misi. Quod si nuncius noster non reddidit, manifesta est perfidia. Misi enim belle adornatam et pictam imaginem, ac suspicor nuncium vendidisse. — ²⁰ Nr. 1678.

²¹ Hebr. 11, 1. 3. In der Enarratio Ps. 20 (vom 1. Juli), opp. lat. XVII, 172: Unser Junker wollt gern, daß die definitio fidei in Hebr. 11 sollt heißen: βλεπομένων. — ²² 1 Kön. 8, 12. — ²³ Ps. 18, 12.

²⁴ Luther bezieht sich hier auf die Stelle im Brief des Jonas Nr. 1675, Z. 37.

²⁵ vgl. Nr. 1687. — ²⁶ Dieser fehlende Brief wird an den Arzt Casp. Lindemann gerichtet gewesen sein, nicht an den mansfeldischen Kanzler Casp. Müller, der in diesen Tagen bei Luther gewesen war, vgl. Nr. 1686. — ²⁷ in Nr. 1677.

²⁸ Diesen Brief meint wohl Osiander, wenn er an Link und Schleupner in Nürnberg am 4. Juli aus Augsburg schreibt (CR. II, 163): Philippus multis laboribus, vigiliis, curis maceratus et exhaustus nonnunquam melancholica quadam tristitia et quasi desperatione vexatur.... Id Luthero quoque notum causam dedit ad eum scribendi et reliquos, ut eum increparent, hortandi. Er kannte demnach auch schon die Briefe Nr. 1683. 1685. 1686. 1687, aber nicht, wie es scheint, Nr. 1684, da er über diesen Brief erst am 12. Juli an dieselben schreibt (CR. II, 189): Martinus Philippo iterum scripsit in priorem sententiam spiritu plenas literas.

Veste Coburg. Nr. 1683. (30. Juni 1530.)[1]

Luther an Justus Jonas.

Antwort auf die Briefe vom 12., 13., 18. und 25. Juni.

Handschriftlich: **1.** alte Abschrift in Zerbst, anhalt. Ges.-Arch. (undatirt); **2.** Zerbst, Ms. Francisc. 26. f. 127 (undatirt); **3.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 127 (datirt 20. Juni); **4.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 86[a] (undatirt); [**5.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher, S. 83; undatirt;] **6.** Kopenhagen, Ms. 1393 (1. Juli); [**7.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 337; undatirt;] **8.** Cod. Nebel (undatirt); [**9.** Cod. Jen. b. f. 128]; — Drucke: **10.** Coelestin I, 136[b] (undatirt); **11.** Budd. 108 (20. Juni); **12.** de Wette IV, 45 (20. Juni); **13.** Seckend. II, 181 (theilweise). — Deutsch: Cyprian, Hist. der Augsb. Conf., Beil. S. 176 (theilweise); Walch XVI, 976. — Wir beschränken uns, auch bei diesem Brief nur die Varianten von 12 vollständig, von den anderen nur die wichtigeren zu geben.

Clarissimo et fortissimo theologo, Doctori Justo Jonae, servo et confessori Christi, fratri suo charissimo.[a]

Gratiam et pacem in Christo. Venerunt tandem literae vestrae, mi Jona, postquam nos[b] tribus plenis hebdomadibus perpetuo silentio satis bene maceraveratis[c], licet ego bis[2] M. Philippo scripserim, ne sic sileretis. Et certe nisi temporum ratio mihi obstitisset, ego vindictam excogitassem. Sed orandi necessitas[d] non sinebat irasci, et ira non sinebat orare. Studui tamen vos ubique infames reddere ob silentium istud, maxime Wittembergae. Nec est quod nuntios accuses[3]; fideliter reddiderunt, praesertim tuus conductus[e]. Nam ab eo tempore, quo ille tuas[4] reddidit, nihil, nisi has proximas, de adventu[5], item[f] ingressu[6] Caesaris, et heri de querelis vestris[7] accepi. Sed haec suo tempore ulciscar.

Ego magnifice et mirifice exulto de dono illo amplissimo Dei, quod Princeps noster tam constanti et quieto animo est. Arbitror enim preces nostras, pro isto pectore[g] fusas, placere in illo regno gloriae coram Deo, et mihi ipsi[h] propheto, etiam in aliis

nos[i] exaudiri. Eadem mihi laetitia aucta est, quod te quoque intelligo satis[k] confidentem esse in Domino adversus istas furias Satanae. Philippum sua exercet[l] philosophia, ac praeterea nihil: nam causa[m] ipsa[n] est in ejus[o] manu, qui superbissime dicere audet: ‚Nemo rapiet eam de manu mea'[8]. Nec vellem, nec consultum esset, in nostra manu esse. Ich hab ihr viel[p] in manu mea gehabt, und alle verloren, nicht eine[q] behalten[r]. Quas vero extra manus meas in illum rejicere hactenus potui, adhuc habeo salvas et integras. Quia verum est: ‚Deus noster[s] refugium et virtus'[9]. ‚Quis speravit in eum et derelictus est?' ait Sapiens[10], et iterum: ‚Quoniam non derelinquis[t] quaerentes te, Domine'[11].

Ego hic factus sum novus discipulus decalogi[12], illum jam repuerascens ad verbum edisco[u], et video verum esse, quod sapientiae ejus non est[v] numerus[13], et coepi judicare, decalogum esse dialecticam evangelii, et evangelium rhetoricam decalogi, habereque Christum omnia Mosi, sed Mosen non omnia Christi, appellavique novo nomine הָאָדָם עַל רָעָתָם הַתּוֹדָה עַל חַסְדֵי הָאֱלֹהִם וְתוֹדָה[w][13]. Ita mihi videtur esse[x] infinitus, sed finitissimus calendarius omnium rerum.

De literis ad uxorem tuam scribendis nihil est omissum. Nam et literas vestras omnes mittimus statim Wittembergam, ubi tanquam a terra sitiente expectantur, et creberrime[y] ad nos scribunt, ut me pudeat vestro nomine, vinci vos ab illis isto officio, quos vincere tamen oportuit. Albis exundavit iterum, cum tamen nulla pluvia, sed summi calores fuissent[z], ita scribit mea Domina[a].

Gaudeo Papae signum datum[b] in mula puerpera, ut habeat, quo Deum magis contemnat et citius pereat. De Ferdinando[16] non possum satis mirari, sic oblito Turcae, imo calamitatis suorum. Ego, si mihi tantum esset hominum ereptum et perditum[c], morerer una hora, praesertim si conscientia accederet

negligentiae. Sed nunquam vidi impium[d] perire, nisi induratum et securum, ut stet veritas, cum dixerint: ‚pax et securitas'[17]: ita et nostris[e][18] Pontificibus continget. Quos quia nulla spes est mutari posse, libenter video[f] indurari et ingravari, sicut[g] merentur. Nos tantum audeamus in Christo. Ipse vivit, et nos vivemus, etiam mortui, et mortuorum curabit liberos et uxores. Ipse[h] regnat, et nos regnabimus, quin jam regnamus. Si ego vocabor, absque dubio veniam, Christo volente, quamvis in cogitatione verser, ut cupiam injussus[i] et invocatus[k] venire. Gratia Dei tecum, Amen[l]. Ex Eremo, (30.)[m] Junii 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Adresse nur bei 1. 2. 4. 8. — [b] vos 6. 11. — [c] maceraveritis 12; me maceratis 6. 11. — [d] tempus 7. 12. — [e] conductivus 3. 12. — [f] † de 1. 4. — [g] peccatore 2. 8. — [h] ipse 1. 7; etiam 6. — [i] nos fehlt 2. 7. 8; vos 4. 6. 12. — [k] sapientem et 4. — [l] excruciat 4 am Rande. — [m] causa autem 6. 11. — [n] ipsa fehlt 1. 4. — [o] ipsius 1. 2. 4. — [p] st. ihr viel: viel Sachen 6. — [q] einen 12. — [r] erhalten 2. 6. 11. — [s] nostrum 1. 4. 5. 10. 13. — [t] derelinques 1. 4. 6. 8; relinquis 2. 3. 5. 10. — [u] addisco 11. 12. — [v] sit 1. 2. 3. 8. — [w] die hebr. Worte, jedoch unvocalisirt, nur bei 5; die Handschriften und Drucke haben zum Theil die fehlenden Worte durch einen leeren Raum angedeutet; 10. läßt auf omnia Christi gleich Ita mihi videtur folgen. — [x] † non 6. — [y] celeberrime 2. 4. 6. — [z] extitissent 1. 4.

(Z. 54.) [a] † Ketha 5. 10—12. — [b] datum fehlt 2. 8. — [c] Ego, si tam multa milia hominum per me interempta et perdita essent 4. — [d] imperium 11; impium bei 10 im Druckfehlerverzeichniß in talem corrigirt. — [e] nunc 6. — [f] volo 7. 11. — [g] sic 3. 5. 10. — [h] Item 2. — [i] invisus 2. 7. — [k] non vocatus 4. 10. — [l] Amen nur bei 1—5. — [m] Ueber die Datirung in den einzelnen Handschriften und Drucken siehe die Einleitung.

[1] Daß dieser Brief nicht vom 20. Juni ist, wie de W. IV, 45 nach 3 und 11 ihn setzt, ergibt sich daraus, daß in ihm Bezug auf die Briefe des Jonas genommen wird, die Luther am 20. noch nicht haben konnte. Aus der Vergleichung mit den übrigen am 30. geschriebenen Briefen geht hervor, daß auch unser Brief zu denen gehört, welche Luther an diesem Tag auf einen Zug weg geschrieben hat. (Vgl. auch Brecher in der Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 337[18], dessen Ausführungen jedoch nicht allseitig zutreffend sind.)

[2] vgl. Nr. 1682[2]. — [3] Nr. 1657. 1674.

[4] Der für uns verlorene Brief vom 22. Mai, vgl. Nr. 1674[5].

[5] Nr. 1657. 1658. — [6] Nr. 1660. — [7] Nr. 1675.

[8] Joh. 10, 28. — [9] Ps. 46, 2. — [10] Jes. Sir. 2, 10f. — [11] Ps. 9, 11.

[12] vgl. Erl. 40, 286 (aus derselben Zeit stammend). — [13] Ps. 147, 5 (vgl. Erl. 37, 242).

[14] Die Worte, bei denen schon Schirrmacher an der fehlerhaften Handschrift ההידה, הסדי und ותידה in obiges ver-

bessert hat, geben keinen richtigen Sinn: „Der Mensch über deren Böses hat bekannt auf die Gnade Gottes und Dank“; von befreundeter Seite wird mir vorgeschlagen zu lesen am Schluß: הָאֵל הֱמִיתוּהוּ, so daß die Uebersetzung ergäbe: „Der Mensch über deren Böses hat bekannt durch die Gnade Gottes haben sie ihn getödtet“. Die Worte scheinen doch wohl fehlerhaft überliefert. Das Richtige wäre leicht festzustellen, wenn man wüßte, woher Luther diese Worte entnommen hat, was ich leider nicht nachzuweisen vermag; eine Stelle des A. T.'s sind sie nicht.

(Veste Coburg.) Nr. 1684. 30. Juni 1530.

Luther an Melanchthon.

Beantwortet 8. Juli.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 35[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 83; **3.** Gotha A. 1048. f. 58[b] (Abschrift Joach. Pascha's, vgl. Nr. 434; unvollständig); **4.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 276 (datirt 2. Juli); [**5.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 339;] **6.** Zwickau, Rathsschulbibl. XXXVI (datirt 31. Mai); **7.** Cod. Nebel; [**8.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 87[a]; **9.** Weimar, Archiv (von de Wette benutzt); **10.** Cod. Jen. b. f. 111; **10a.** Berlin, Cordatus-Hdschr.]; — Drucke: **11.** Flacius, aliq. epp. Bl. A_3; **12.** Scultet. annal. (v. d. Hardt, hist. litt. ref. V, 157); **13.** Budd. 116 (nach 10); **14.** Coelestin I, 138[b]; **15.** Seckendorf II, 181; **16.** H. A. Schumacher, de timore Ph. Melanchthonis in Comit. Augustanis etc. Grimmae 1730. p. 20; **17.** de Wette IV, 62. — Deutsch: Spalatin, Annal. 218; Chytr. 99; Witt. IX, 427[b]; Jen. V, 57 (al. ed. 42); Altenb. V, 166; Leipz. XX, 187; Walch XVI, 1073. — Von den Varianten geben wir nur die von 17 vollständig.

Charissimo fratri, M. Philippo Melanchthoni, Christi discipulo.[a]

Gratiam et pacem in Christo. Quid ad te potissimum scribam, mi Philippe, plane ignoro, ita reverberant me cogitationes de tuis pessimis vanissimisque[b] curis, ut qui sciam surdo fabulam narrari [1]. Hoc facit, quod tibi soli credis, mihi et aliis non credis, magno tuo malo. Ego verum fatebor: fui in majoribus angustiis, quam tu unquam futurus sis, spero optoque nulli hominum, etiam[c] ne istis quidem,

qui jam ita saeviunt in nos, quantumvis sunt[d] scelerati et nefarii, ut mihi similes fiant. Et tamen in iis malis saepe[e] levatus sum verbo fratris, aliquando Pomerani[2], aliquando tuo, aliquando Jonae et[f] aliorum. Quare ergo et tu vicissim non etiam non audis, qui certe nihil secundum carnem aut mundum, sed secundum Deum absque dubio per Spiritum sanctum loquimur? Simus nos viles, ne vilis sit, quaeso, qui per nos loquitur[g]. Solls denn erlogen sein, daß Gott seinen Sohn fur uns gegeben hat, so sei der Teufel an meiner Statt ein Mensch oder eine seiner Creaturen. Ists aber wahr, was machen wir dann[h] mit unserm leidigen[i] Furchten, Zagen, Sorgen und Trauren ꝛc.? Quasi nolit ille in rebus levioribus adesse, qui filium dederit, aut quasi Satan sit potentior ipso.

In privatis luctis infirmior ego, tu autem fortior; contra in publicis tu talis, qualis ego in privatis, et ego in publicis talis, qualis tu in privatis[k] (si privatum dici debet, quod geritur inter me et Satanam). Nam tu vitam tuam contemnis, publicae causae metuis; ego vero de publica causa satis magno et otioso sum animo, qui sciam certo ipsam esse justam et veram, denique ipsius Christi et Dei, quae non sic pallet rea peccati, sicut ego privatus sanctulus pallere et tremere cogor. Proinde paene securus spectator sum[l], et istos minaces ac feroces Papistas non hujus facio[3]. Si[4] nos ruemus, ruet Christus una, scilicet ille regnator mundi. Et esto, ruat, malo[m] ego cum Christo ruere, quam cum Caesare stare[n].

Neque vos soli hanc causam sustinetis. Certe fideliter adsum vobis gemitibus et precibus, utinam et carne liceret. Nam et mea est causa, atque adeo[o] plus mea quam omnium vestrum, neque ulla temeritate aut cupiditate vel gloriae vel lucri tentata, quod testatur mihi Spiritus ipse, et hactenus res satis declaravit, declarabitque latius usque in finem. Qua- te per Christum oro, ne ita negligas promissa

solatia illa divina, ubi dicit: ‚Jacta super Dominum curam tuam, expecta Dominum, viriliter age et confortetur cor tuum'[5], et quorum plenus est liber Psalterii et Evangelium[p]: ‚Confidite, ego vici mundum'[6]. Es wird ja nicht falsch sein, das weiß ich furwahr, quod Christus sit victor mundi. Quid ergo victum[q] mundum[r] sic formidamus quasi victorem? Sollt einer doch einen solchen Spruch auf seinen Knien von Rom und Jerusalem holen. Sed copia et assiduitate et familiaritate vilescunt[s] nobis. Das ist aber nicht gut. Scio imbecillitas est fidei, at oremus cum Apostolis[7]: ‚Auge nobis, Domine, fidem'.

Salzburgensi tyranno[8] reddet etiam secundum[t] sua opera[9] Deus, qui te sic cruciavit. At merebatur a te aliud responsum, quale ego forte dedissem ei, nempe: Wird Euer Kaiser turbationem reipublicae nit leiden, so wird unser Herr Kaiser illam blasphemiam auch nit leiden. Trotzt nur getrost auf Euern Kaiser, so wollen wir auf unsern auch trotzen, und sehen, wer das Feld behält[u][10]. Wohlan, laß sie machen, sie habens noch nicht ausgemacht. Quaerunt (metuo) audire vocem illam Julii Caesaris: Hoc voluerunt.

Sed frustra haec scribo, quia tu secundum philosophiam vestram has res ratione regere, hoc est, ut ille[11] ait, cum ratione insanire, pergis, et occidis te ipsum, nec vides prorsus, extra manum tuam et consilium positam causam, etiam extra curam tuam velle agi. Et Christus prohibeat, ne in tuum consilium aut manum, quod tamen pertinaciter velles, veniat: tum vero publice et[v] pulchre et subito perierimus. Sed es heißt: ‚Altiora te ne quaesieris'[12], et ‚Scrutator majestatis opprimetur a gloria'[13], seu, ut Hebraeus habet: ‚Scrutans graviora[w] gravatur'. Hoc ad te pertinet. Dominus Jhesus servet te, ne deficiat fides tua, sed crescat et vincat, Amen. Ego pro te oro, oravi et orabo, nec dubito, quin sim exauditus. Sentio enim illud Amen in corde meo. Si non fiet[x], quod volumus, fiet tamen, quod melius

est. Nam nos regnum futurum expectamus, ubi omnia fefellerint in mundo. Ultima Junii[y] 1530.

T. Martinus Luther[14].

[a] Adresse nur bei 2 und 7. — [b] vanisque 3. 14. 15. 16. — [c] etiam fehlt 4. 5. 14. 15. 16. — [d] sunt fehlt 4–7. 12. 13. — [e] semper 2. 4. 6. 12. 13. — [f] aliquando 14. 15. 16. — [g] Simus nos etc. fehlt 4. 5. — [h] „dann“ fehlt 4. 5. 7; † doch 6. 9. 15. 16. — [i] Leiden 3. 14. 15. 16. — [k] et ego etc. fehlt 2. 4. 7. 12. 14. 15. 16. — [l] tum 17. — [m] malim 17. — [n] Hier schließt 3. — [o] ft. atque adeo: et 7. 12. 13. — [p] Psalmorum et Evangeliorum 2. 14–17. — [q] victum fehlt 6. 9. — [r] mundum fehlt 14. 15. 16. — [s] † illa 2. 10. 11. — [t] secundum fehlt 4–7. 9. — [u] nempe etc. nur bei 2. — [v] publice et nur bei 2. 4. 10. 11. 13. — [w] gravia 6. 7. 9. 12; grandia 5. — [x] † id 1. 14. 15. 16. — [y] Wegen der verschiedenen Datirung s. die Einleitung.

[1] Terent. Heaut. II, 1, 10; Erasm. Adag.

[2] vgl. TR. Nr. 681; Wrampelmeyer, Nr. 574; Preger, Nr. 31. 120; Veit Dietrichs TR. v. J. 1531 (mitgetheilt von Seidemann im sächs. Kirchen- u. Schulbl. 1876. Nr. 43): Sic Pomeranus aliquando in hac mensa, cum vos Jhenae (im J. 1528) essetis, consolabatur me, cum essem tristis: Sine dubio Deus sic cogitat: quid faciam ego huic homini amplius? dedi ei tot excellentia dona, et ipse desperat de mea gratia! Magna mihi erat consolatio et, quasi angeli vox esset, haerebat in corde meo. Vgl. auch Hering, Bugenh. 138.

[3] Deutsche Uebers.: wollt nicht ein Klipplin auf die Papisten und ihr Wüthen und Dräuen geben.

[4] Die Stelle Si nos ruemus ... fidem Z. 61 ist auch aufgenommen in die von Flacius 1550 herausgegebene Schrift (vgl. Erl. 23, 154): Etliche tröstliche Vermahnungen rc., Erl. 23, 156. Diese Schrift, welche in die Gesammtausgaben Luthers überging (in lat. Uebers. auch bei Coelestin I, 21), stammt jedoch nicht von Luther, sondern ist von Flacius zusammengestellt.

[5] Ps. 55, 23; 27, 14. — [6] Joh. 16, 33. — [7] Luc. 17, 5.

[8] vgl. Nr. 1673. 1674. — [9] 2 Tim. 4, 14. — [10] Wörtlich gleich auch V. Dietrich an Mel. vom 30. (CR. II, 160): Doctor ajebat, se, si tuo loco fuisset, sic responsurum esse: wird euer Kaiser turbationem u. s. w. — [11] Terent. Eunuch. I, 1, 18. — [12] Jes. Sir. 3, 20. — [13] Spr. Sal. 25, 27.

[14] Vgl. zu diesem Brief auch Nr. 1682[28].

(Veste Coburg.) Nr. 1685. 30. Juni 1530.

Luther an Spalatin in Augsburg.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. (Adresse nicht mehr vorhanden); — handschriftlich: 2. Wolfenbüttel, Helmst. 1 f. 39b (unvollständig); 3. daselbst, Extrav. 221. 13. f.

4. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 261 (unvollständig); [**5.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 347;] **6.** Cod. Nebel; [**7.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 86^a; **8.** Cod. Jen. a. f. 222; **9.** Cod. Jen. b. f. 136]; — Drucke: **10.** Flacius Bl. C_1^b; **11.** Coelestin II, 200; **12.** Budd. 120; **13.** de Wette IV, 60. — Deutsch: Cyprian, Beilagen zur Hist. der Augsb. Conf. 174 (Spalatins Uebersetzung); Chytr. 103 (unvollständig); Wittenb. IX, 428^b; Jen. V, 58 (al. ed. 45); Altenb. V, 167; Leipz. XX, 194; Walch XVI, 1076. — Wir geben den Text nach 1, von Varianten nur die von 13.

Venerabili viro, Domino Magistro Georgio Spalatino, Episcopo Aldenburgii fideli et syncero.[a]

Gratiam et pacem in Domino. Non patiar (inquis[1], mi Spalatine) cessatorem me dici in scribendo; at patieris etiam invitus. Nam[2] a nuntio D. Jonae, per quem spondebatis et nobis et Wittembergensibus copiose scripturos vos esse[b] cum nuntio D. Apelli, ut sylvas literarum expectaremus et metueremus, ne nostris monedulis futuri essetis obstreperiores[c]. Ubi venit is nuntius Apelli, solius Jonae literas Wittembergam ferens, interrogatus: Bringstu nicht Briefe? R[espondit]: Nein. Wie gehets den Herrn? R[espondit]: Wohl. Hoc unum mox questus sum Philippo[3]. Postea venit nuntius eques ad Torgam missus, mihi ab ipso Principe literas[4] ferens, interrogatus: Bringstu nicht[d] Briefe? R[espondit]: Nein. Wie gehets denn[e] den HERRn? R[espondit]: Wohl. Deinde vectura cum ferina hinc abeunte, iterum scripsi Philippo[5]; ea rediit similiter inanis. Hic coepi cogitare tristia, suspicans, vos aliquid mali me celare velle. Venit quarto Jobst Nympzen. [f]Bringstu Briefe? [g]Nein. Wie gehets den HERRn? [h]Wohl. Omitto quoties noster hic Quaestor a fratre suo Marschalko de Falckenstein[6] literas acceperit[i], nobis interim usque[k] ultra tertiam hebdomadam sitientibus et esurientibus vestro benefico silentio; ex illius literis discere cogebamur, si quid scire volebamus. Rogo[l], an tu non diceres me cessatorem, si tibi id a me contigisset? Fateor, ira et metu movebar, sciens Philippi curas et Principis cruces; tamen metu

levabar audiens vos valere, sed non satis credere licuit. Sed de hac re satis, tantum ne latius et ultra de hac re[m] disputes aut cogites[n].

[o]Furere istic et fremere Reges, Principes, populos adversus Christum Domini[7], felix omen puto, ac multo melius, quam si blandirentur. Sequitur[8] enim: ‚Qui habitat in coelis, ridet eos'. Hoc autem Principe nostro illos[p] ridente, non video, cur nobis flendum sit a facie eorum. Ridet enim non sui, sed nostri gratia, ut et nos potius fidentes rideamus inania eorum[q] consilia. Tantum est opus fide, ne causa fidei sit causa[r] sine fide. Sed qui coepit hoc opus, is coepit certe absque consilio et studio nostro. Idem hactenus protexit et gubernavit supra et praeter nostra consilia et studia. Ille ipse est, qui perficiet et absolvet idem extra et ultra nostra consilia et studia, de quo nihil dubito. Scio et certus sum, cui credidi, quia potens est facere supra quam nos petimus et intelligimus[9], etiamsi Philippus cogitet[s] ac cupiat eum facere infra et citra suum consilium, ut liceret ei gloriari: Certe sic oportuit fieri, sic fecissem ego. Nein, es muß nicht heißen: Sic ego Philippus. Das ego ist zu gering. Es heißt: Sic ego ‚ero' qui ero. Hoc est nomen ejus ‚qui ero'[10]. Man siehet nicht, wer er ist, aber er wirds sein, so werden wirs sehen. Sed haec verbose satis. Tu esto fortis in Domino[11], et Philippum meo nomine exhortare semper, ne fiat Deus, sed pugnet contra illam innatam et a Diabolo in paradiso implantatam nobis ambitionem divinitatis, ea enim non expedit nobis. Ejecit Adam paradiso, nos quoque ipsa sola exturbat, et extra pacem trudit. Wir sollen Menschen, und nicht Gott sein. Das ist die Summa; es wird doch nicht anders, oder ist ewige Unruge und Herzeleid unser Lohn. Vale in Christo. Ultima Junii 1530.

Martinus Luther.

[a] Adresse erhalten bei 3 und 6. — [b] st. scripturos etc.: velle scribere. — [c] obstrepentiores. — [d] „nicht" fehlt. — [e] „denn" fehlt. — [f] † Interrogatus. — [g] † Respondit. — [h] † Respondit. — [i] accepit. — [k] usque fehlt. — [l] † igitur. — [m] de hac re fehlt. — [n] † Vale. 1530. — [o] Hier erst be-

ginnt 2. 4. 10. — [p] illos fehlt. — [q] illorum. — [r] causa fehlt. — [s] cogitat im Orig.

[1] wohl in dem fehlenden Brief, den Spalatin am 18. Juni schrieb und der zusammen mit Nr. 1660 an Luther abging.
[2] Vgl. zum folgenden Nr. 1645. 1654.
[3] Nr. 1654[1]. — [4] Nr. 1650. — [5] Nr. 1654.
[6] Christoph v. Falkenstein war kurf. Hofmeister (Sender, Augsb. Chronik l. c. 254); vgl. Nr. 1667[a].
[7] Ps. 2, 1 f. — [8] Ps. 2, 4. — [9] Ephes. 3, 20. — [10] 2 Mos. 3, 14. — [11] Ephes. 6, 10.

Veste Coburg. Nr. 1686. 30. Juni 1530.

Luther an Joh. Agricola in Augsburg.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 37[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 87; **3.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 257; **4.** nochmals daselbst f. 270 (aber von anderer Hand); [**5.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 339;] **6.** Cod. Nebel; [**7.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 85. 86[1]; **8.** Cod. Jen. B. 24. n. f. 163]; — Drucke: **9.** Budd. 119; **10.** Coelestin I, 92[b] (undatirt; das Datum am Rand: 18. Juni, bezieht sich nicht auf den Brief); **11.** de Wette IV, 57. — Deutsch: Chytr. f. 41; Cyprian, l. c. 175 (nach Spalatins Uebersetzung); Müller, Hist. v. d. ev. Stände Protest. 556 (aus dem Weim. Arch. E. 37. n. 1. f. 256; nur der Anfang bis Z. 17); Leipz. XX, 194 (unvollst.); Walch XVI, 890 (unvollst.). — Wir beschränken uns wiederum auf die wichtigsten Varianten.

Optimo viro, M. Joanni Agricolae, ministro Christi Augustae[a], fratri in Domino.[b]

Gratiam et pacem in Christo. De literis et silentio ad alios, qui tecum sunt, mi Agricola[c]. Caeterum[d] de interdicto Caesaris[1], quo universas[e] conciones inhibuit, sic sentio: recte fecisse Principem nostrum, qui in urbe aliena dominum agnoverit, et non dominari tentarit, utcunque etiam[f] videatur[g] vis ista esse. Malo enim resistere non licet, et Christus cedere jussit, dicens[2]: ‚Si in una civitate persequuti vos fuerint, fugite in aliam'; item[3]: ‚Exite de domo illa'. Sic[h] arbitror Principem, quandoquidem corpore non licet abire ut membro Caesaris, silentio tamen fugit[i] velut in aliam civitatem et

exivit[k] de domo illa. Poterit[l] cum Naaman Syro in templo Nisroch[m][4], domique[n] apud se ipsum legere et colere verbum. Verumtamen res mali exempli est, non scandali quidem; sed quod hinc suspicor fore, ut finis Comitiorum[o] idem[p] fiat, scilicet ut primum Caesar roget[q] Principem abstinere a tota doctrina, sicut primum rogavit abstinere a concionibus; at ubi tum[r] rogatus nolet, sequetur[s] simile interdictum in doctrinam[t]. Sic meae cogitationes habent[u]. Et tunc primum erit paroxysmus comitialis verus, in quo Dei manus expectanda et imploranda est. Nam Papistas daemonibus[v] traditos aliud non posse quam furere, certissimum est. Premit[w] eos sanguis Abel, et abominationes suae indurant eos, ut nisi sanguinem biberint, vivere non possint.

Philippum hortare, ut sacrificium spiritus contriti moderetur, ne non sufficiant tandem sumptus diutius sacrificandi. Solatium quidem est grande[x], scire se conteri spiritu propter optimam causam, propter ipsum Deum, ubi dubitare[y] non potest, sese placere Deo, velut odorem suavissimum; sed est modus in rebus[5]. Sacrificium placet, non exitium, nec vult Deus animas perdi. Hoc e Satana[z] additamentum est. Nam quod de Caesaris clementia[6] speratur, nihil est. Ego cogito Pontifices ideo[a] Caesarem impulisse, ut cognosceret causam, ut audita apologia nostra denique statuant quae velint[b], et tamen[c] obtineant[d] hanc ostentationem[e], quod nos[f] satis audierint, et ita calumniam pertinaciae[g] in nos[h] eo liberius et speciosius ingerant[i], ut qui auditi et moniti denique Caesarem non audierimus. Quid enim aliud struat Satan, aut quid boni ex ipso speremus? An ignoramus ejus cogitationes, ut omnia fucis, mendaciis, astutiis, dolo[k] sic verset[l], ut speciosus ipse sit, et Christus foedissimus. Certe non cum hominibus agitis Augustae, sed cum ipsissimis portis inferi[m], iisque instructissimis et exercitatissimis, sed quod solatur, iracundissimis, qua[n] iracundia excoecati tandem evadere non possunt, quin impingant in

sapientiam Dei, und bescheißen sich in ihrer Klugheit, Amen, Amen[o].

Fuit hic apud me Caspar Müller[7] cum fratre meo Jacobo, narrans mihi, quae tibi narranda commiserat[p]. Est igitur et hoc malum nobis addendum, ne[q] nusquam non cum monstris diaboli conflictemur. De[r] iis alias[s]. Dominus Jesus, qui vos omnes[t] isthuc misit confessores et servos suos, pro quo et cervices vestras objicitis, sit vobiscum[u], spirituque suo det vobis testimonium πληροφορίας[v], ut sciatis et non dubitetis, vos esse confessores ipsius[w]. Ea fides vivificabit et consolabitur[x] vos, quia magni Regis estis legati[y]. Haec sunt verba fidelia, Amen. Ex Eremo, ultima Junii[z] 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Augustae fehlt 2. — [b] Adresse nur bei 2 und 6. — [c] † scripsi 2. — [d] De literis etc. fehlt 8. 10. — [e] st. universas: vestras 5. 10; st. quo universas: qui 9. — [f] etiam fehlt 1. — [g] videatur 9 bloß am Rand. — [h] † etiam 3. — [i] fugere 3. 4. 10. — [k] exire 3. 4. 10. — [l] † esse 1. 8. — [m] Nisroth 1. 6; Nistroch 10; Rimmon 2. — [n] nur bei 1. 8; die andern denique. — [o] † fere 1. 8. — [p] inde 2. — [q] cogat 10. — [r] tandem 1. 8. — [s] so bei 2. 4. 5; die andern sequitur. — [t] sicut primum etc. fehlt 10. — [u] sunt 10. — [v] daemonio 2. — [w] † enim 5. — [x] magnum 10. — [y] dubitari 1. — [z] st. e Satana: Satanae 1. 3. 8.

(Z. 39.) [a] ideo fehlt 9—11. — [b] quod volunt 9. 11. — [c] tamen fehlt 9. 11; tum 2. — [d] obtinuerunt 2. 5; obtinuerint 6. 9—11. — [e] obtestationem 3. 4; obstinationem 5. 8. 10. — [f] non 2. 3; vos 8. 10. — [g] † suae 5. — [h] in nos fehlt 3—5. 10. — [i] urgeant 2—6. 10; et ita calumniari pertinaciae nos esse reos, idque liberius et speciosius urgeant 9. — [k] dolisque 1; dolose 8. 10. — [l] urget 10. — [m] inferorum 1; inferni 9—11. — [n] quia 3. 4. 10; quoniam 5. — [o] Amen nur einmal bei 1. 5. 7. 9. 11. — [p] Fuit etc. fehlt 1. 2. 6. 7. 8. 10. — [q] ut 1. — [r] Sed de 1. — [s] Est igitur etc. fehlt 8. 10. — [t] omnes fehlt 2. 6. — [u] † in cordibus vestris 2. — [v] πληρ. fehlt 2; bei 9 nur am Rand. — [w] suos 3—6. 9. 10; et servos 2. — [x] solabitur 2. 5. 6. 9. — [y] quia etc. fehlt 10. — [z] 1. Julii. 4.

[1] vgl. Nr. 1660. 1661. — [2] Matth. 10, 23. — [3] Matth. 10, 14.

[4] Luther meint die Stelle 2 Kön. 5, 18, da er aber aus dem Gedächtniß citirt, verwechselt er sie mit 2 Kön. 19, 37. Die Lesart Rimmon bei 2 scheint deßhalb eine von dem Abschreiber gemachte Correctur zu sein.

[5] Horat. Sat. I, 1, 106. — [6] vgl. Nr. 1661[9]. — [7] vgl. Nr. 1674[3]. Müller blieb längere Zeit von Augsburg entfernt, denn am 17. Juli theilt ihm V. Dietrich in einem von Coburg geschriebenen Briefe (mitgetheilt von Tschackert, in der Altpreuß. Monatsschr. 24, 183, auch in Stud. u. Krit. 1889, 371[3]) Neuigkeiten von dem Reichstage mit. Auf der Rückreise der Theologen von Augsburg treffen wir ihn wieder in Gesellschaft Melanchthons, Agricola's rc., vgl. CR. II, 389.

(Veste Coburg.) Nr. 1687. 30. Juni 1530.

Luther an Joh. Brenz in Augsburg[1].

Beantwortet 8. Juli.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 40[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 112; **3.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 262; [**4.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 340; **5.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 87[a]; **6.** Cod. Jen. b. 133; **7.** Cod. Closs. (die beiden letzteren von de Wette verglichen); **7a.** Berlin, Cordatus-Hdschr.;] — Drucke: **8.** Flacius $A_5{}^b$; **9.** Coelestin II, 201; **10.** Budd. 123; **11.** Schütze III, 167; **12.** de Wette IV, 55. — Deutsch: Wittenb. IX, 427; Jen. V, 58 (al. ed. 41); Altenb. V, 167; Leipz. XX, 194; Walch XVI, 1079; Erl. 54, 172 (datirt 9. Juli) aus: Etl. schöne Trostschr. (vgl. Nr. 1682); Chytr. 104. — Auch für diesen Brief beschränken wir uns auf die wichtigsten Varianten.

Gratiam et pacem in Christo. Ex tuis[2] literis et Philippi aliorumque[a], mi Brenti, intelligo, te similiter[b] in illo conventu idolorum affligi. Sed Philippi exemplum te ita movet. Is enim sollicitus est pro publica pace et posteritate[c], pie quidem, sed non secundum scientiam zelotypus[3]. Quasi vero majores nostri sua cura et sollicitudine effecerint, ut essemus, quod sumus, ac non potius Dei solius providentia[d], qui etiam[e] post nos Deus erit et creator, sicut fuit ante nos et hodie nobiscum. Neque enim morietur nobiscum aut desinet esse[f] Deus, regens etiam cogitationes. Videbatur sacerdoti Eli[4] penitus corruisse regnum Israël, arca a Philistinis capta, itaque corruebat ipse potius, et regnum tum maxime coepit florere. Et cum Saul esset caesus, quid aliud potuit homo cogitare, quam regnum Israël finitum esse? Et cum Papistae Joannem Hus exussissent Constantiae, nihil erat certius, quam Papam fore Deum, cum nunquam[g] ante[h] tantum[i] viluerit, ut ab isto die. Haec scribo tibi et aliis, si forte per verbum Gregorii Pontani aut[k] alicujus vestrum Philippus desinat fieri velle[l] rector mundi, hoc est, se ipsum crucifigere[m]. Ego sane si mortuus vel occisus a Papistis fuero, defendam nostros posteros fortiter, et istas

bestias feroces probe et nimis, quam vellem, ulciscar. Quia scio futurum esse, qui dicat[n]: ‚Ubi est Abel frater tuus?'[5] et is faciet eos vagos et profugos[o] naim venodim[p][6]. Et quid multis[q]? habeat divisum imperium cum Jove Caesar. Si nullum est futurum[r], deleamus primum praeceptum cum universo evangelio. Quid enim opus est habere Deum pro hac tantum vita, quam illi habent optimam, qui nullum habent Deum. Sin Deus est, non solum hic vivemus, sed illic[s], ubi ipse quoque[t] vivit, vivemus[u]. Quae si vera sunt, quid sunt, rogo[v], tandem furiosae istae minae[w] idolorum, jam paene non morientium, sed plane mortuorum? Is, qui me creavit, erit pater filii mei, et maritus uxoris, et consul politiae, et praedicator parochiae[x], et melior[y], quam ipse sum, imo ipsemet melior me mortuo, quam me vivo[z], qui[a] mea vita illud[b] impedio. Scriptum est enim: ‚Potens erit in terra semen ejus'[7]. Et sane primum praeceptum quoque posteros nostros in tutelam Dei constituit, dicens: ‚Faciens misericordiam in mille generationes eorum, qui diligunt me et servant praecepta mea'[c][8]. Istis ego verbis credo; etiamsi infirma sit fides, tamen credo. Sed quid ego tecum talia, qui dono Dei major es me in omnibus! Nisi quod varie tentare volui, si Philippus, qui me hominem et verba mea hominis esse credit, ac ita minus afficitur[d], per vos saltem, quos cogitur credere esse viros Dei, moveri queat. Neque enim[e] tam perversum arbitror, ut si Deus ipse per angelum de coelo missum juberet eum bono animo esse, hoc jussum contemneret; quanto minus contemni oportet nos omnes[f], si id moneamus[g]. Et si nos digni contemptu, tamen psalmi, apostoli, Christus ipse contemni non debent, qui tot sermonibus nos obruunt, solando, docendo[h], urgendo: ‚Confidite, nolite timere, sperate, viriliter agite, confortamini'[i]. Si istis non credimus, neque si omnes angeli veniant[k], credituri sumus. Haec verbose ad te, mi Brenti. Tu in Christo pulchre vale, et ora pro me[l].

Ego verbosatus sum, ut ita dicam, in Psalm. 118, appellavique das schone Confitemini[9]; id sub prelis jam formatur Wittembergae. Quindecim arcus papyri insumpsi tanta verborum offa. Praeterea[m] de purgatorio[10] mendacia quaedam attigi contra Papistas, velut instituens ab integro novam in illos pugnam[n]. Gratia Dei vobiscum[o]. Ultima Junii 1530.

T. Martinus Luther.

[a] aliorumque et Philippi 2; Et ex tuis et Philippi aliorumque literis 4. 8. 9. 10. — [b] simul 2. 4. 6—10. — [c] tranquillitate 3. 5. 6. 11. 12. — [d] prudentia 2. 3. 5. 8. 9. 10 (am Rand). 11. 12. — [e] et 3. 11. — [f] esse fehlt 3. 6. 11. — [g] nusquam 3. 11. — [h] antea 4. 7. 10. — [i] sic 3—7. 10—12. — [k] Gregorii Pontani aut fehlt 2. 4. 8. 9. 10. — [l] velle fehlt 3. 11. — [m] hoc est etc. fehlt 7. — [n] dicant 3. 11. — [o] perfugos 2. 8. — [p] naim venodim fehlt 4; in terra 3—7. 11. 12. — [q] Eine von de Wette benutzte Handschrift des Pf. Nopitsch hat allein hier noch die Worte: si regnum futurum speramus, cur non istud carnale concedimus. — [r] nullus est futurus 3. 5. 11. 12. — [s] illic fehlt 3—7. 9—12. — [t] quoque fehlt 5. 6. 11. 12. — [u] vivemus fehlt 1. 2. 8. 10. — [v] rogo fehlt 2. 8. 9. — [w] sentinae 7. — [x] † meae 1. — [y] melius 3. 5—7. 10—12. — [z] † reget 11.

(Z. 41.) [a] quia 3. 5—7. 11. 12. — [b] illum 3. 5—7. 10—12. — [c] et servant etc. fehlt 3. 5. 6. 8. 10—12. — [d] efficiam 10 im Text, am Rand: afficitur. — [e] † eum 5—7. 10—12. — [f] contemnere nos oportet 3. 5. 6. 10—12. — [g] si id moneamus fehlt 2. 4. 7. 8. 9; si nos omnes id moneamus 3. 5. 6. 10—12. — [h] dicendo 4. 7. 10 im Text, am Rand: docendo. — [i] confortemini 5. 6. 7. 11. 12. — [k] veniunt 5. 6. 11. 12. — [l] † Gratia Dei vobiscum 1. 9. — [m] Praeterea fehlt 2. 3. 5. 6. 8. 11. 12. — [n] Ego verbosatus etc. fehlt 2. 8. — [o] Gratia etc. fehlt 9.

[1] vgl. Nr. 1673[9].

[2] Der Brief Brenzens fehlt. Bossert, Luth. u. Württemb. 28. vermuthet, unser Brief sei Antwort auf einen Brief vom 11. Juni, in welchem Brenz gebeten, daß Luther an den Landgrafen schreiben möge. Aber in dem Fall würde er wohl besser auf den 13. zu setzen sein, vgl. Nr. 1659. Wir können nur soviel mit Bestimmtheit sagen, daß Brenz nicht mit den anderen Augsburgern am 25. Juni an Luther geschrieben hat, da in diesem Falle kein Grund vorgelegen hätte, durch Melanchthon einen Gruß bestellen zu lassen, vgl. Nr. 1673 am Schluß. Sollte er vielleicht erst am 26. geschrieben haben, um in Gemeinschaft mit Melanchthon Luthers Zorn zu besänftigen? vgl. Nr. 1677 am Anf. — [3] Röm. 10, 2.

[4] 1 Sam. 4. — [5] 1 Mos. 4, 9.

[6] Luther gibt hier das נָע וָנָד, 1 Mos. 4, 12 wieder, das er wegen vagos et profugos in den Plur. setzt. Abschreiber, welche das Hebräische nicht verstanden, setzten dann dafür die Fortsetzung der Stelle nach profugos in V. 14: in terra (V. 12. hat die Vulg.: super terram).

[7] Ps. 112, 2. — [8] 5 Mos. 5, 10. — [9] vgl. Nr. 1666[3]. 1679[2].

[10] Die Schrift: Ein Widerruf vom Fegfeuer, Erl. 31, 184.

Veste Coburg. Nr. 1688. 30. Juni 1530.

Luther an den Kurprinzen Johann Friedrich von Sachsen[1].

Luther spricht ihm Muth ein gegen die Anschläge seiner nächsten Verwandten; lobt den Kaiser, der aber ohnmächtig ist.

Gedruckt: Erl. 54, 157, Nr. 321 und den dort angef. Orten; außerdem handschriftlich [Cod. Rostoch.] (vgl. Schirrmacher 367[1]) mit folgenden Varianten: S. 158, 3: unrugig; 4. (st. zwar:) schier; 13. böse Tücke; 25. „und des lieben Kaisers" fehlt; 26. (st. ebenda:) unnutzen.

[1] Es ist das nicht etwa der Brief, um welchen Melanchthon gebeten hatte (Nr. 1634[16] und 1645[18]). Ueber einen Brief, den Luther an den Kurprinzen geschrieben, aber wieder zerrissen hatte, vgl. Nr. 1682.

[2] S. 158, Z. 1. Blutsfreunde] bes. Herzog Georg von Sachsen gemeint.

(Augsburg.) Nr. 1689. 30. Juni 1530.

Melanchthon an Luther.

Handschriftlich: [1. Wittenberg, Seminarbibl.; 2. Cod. Jen. B. n. 25 (vgl. Scheler, der apparat. Melanchth. des Prof. Van de Velde, im Serapeum 1867, 79); 3. Cod. Rostoch. (vgl. Schirrmacher 101[2]; mit 5 und 6 übereinstimmend);] 4. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 256 (undatirt); — gedruckt: 5. Coelestin II, 198 (falsch datirt: 27. Juni); 6. Corp. Ref. II, 194 (nach 5); 7. Baxmann in Ztschr. f. hist. Th. 1861, 20 (nach 1); 8. Bindseil, Supplem. ad CR. S. 62, Nr. 77 (nach 1). — Deutsch: Walch XVI, 1068 (aus 5). — Wir geben den Text nach 8 mit den Varianten von 6 und 7.

D. Martino Luthero, patri suo cariss.

Peculiares tabellarios ad te duos[a] *misimus hac hebdomade, per quos scripsimus*[1]*, quid hic hactenus gestum sit. Neque postea aliquid accidit, quod sit memorabile*[b]*. Confessio nostra exhibita est proximo sabbatho. Nunc deliberant adversarii, quid sit respondendum*[2]*. Concurrunt, conferunt operas, concitant Principes, qui tamen per sese*[c] *satis commoti sunt. Eckius summa vi contendit a Moguntino, ne vocetur res in quaestionem, quia*

jam damnata sit[3]. *Nostra pars sane infirma est.* Πλεί-ονες οἱ κακοί[d]. *Sublevamur sententiis Moguntini et*[e] *Augustani*[4] *et Brunswigii*[5], *neque tamen*[f] *hi valde pugnant. Bavari*[6], *etsi dicebantur facti audita confessione placatiores*[g], *tamen a Georgio et Joachimo*[7] *non dissentiunt. Hi sunt duces et quidem acerrimi alterius partis. Imperator scripsit ad Erasmum, evocans eum ad conventum*[8]. *Ego ne divinare quidem possum, quid sit nobis sperandum in tantis odiis inimicorum, in tanta inscitia aulae, cujus judicio pendemus. Nullum ibi virum, ne quidem mediocri doctrina praeditum invenio*[h][9]. *Tantum igitur a Deo expectandum auxilium*[i], *quem tu orabis, ut et*[k] *gubernet nostras actiones et concedat pacem. Ferdinandus iterum recepit Budam*[10] *in Hungaria, quae videtur nova occasio*[l] *futura belli Turcici. Nam Turci*[m] *cogentur suum socium*[11], *quem ipsi Regem appellarunt, restituere*[n]. *Aldeburgae*[o][12] *tempestas horribilis per triduum*[p] *fuit. Fulmine tactae*[q] *turres duae, altera arcis, altera templi. Tandem secuta repente*[r] *magna vis aquarum. Haec me valde terrent. Vale feliciter*[s]. *Postridie Petri et Pauli*[t].

Philippus.

[a] duos fehlt 7. — [b] Der Anfang fehlt 6. — [c] se 6. — [d] Major est numerus malorum 6. — [e] et fehlt 6. — [f] tamen fehlt 6. — [g] placabiliores 6. — [h] in tanta inscitia etc. fehlt 6. — [i] † in tanta inscitia vulgi, cujus judicio pendemus 6. — [k] et fehlt 6. — [l] causa 6. — [m] Turcae 6. — [n] Ferdinandus etc. bei 6 erst nach valde terrent. — [o] Aldeburgi 6. — [p] biduum 4. — [q] ictae 4. — [r] repente fehlt 6. — [s] Vale fel. fehlt 6. — [t] Ex Augusta 27. Junii anno 1530. 6.

[1] nämlich die Briefe Nr. 1677 und 1680.

[2] Aehnlich in dem am gleichen Tage an V. Dietrich geschriebenen Briefe, CR. II, 158.

[3] Weiss l. c. 708: Card. Moguntinus Eckium, qui suo more causam nostram jam diu damnatam damnaret, acre immodestiae suae increpavit. — Vgl. Nr. 1660[13]. 1661.

[4] Christoph v. Stadion (seit 12. April 1517; gest. 15. April 1543). Charakterisirung desselben bei Roth, Rfgsch. v. Augsb. 48 f.: „Auf dem Reichstag zu Augsburg bewies er solche Mäßigung, daß ihn die Protestanten zu den Ihrigen zählten.... Aber trotzdem verließ er faktisch nicht mit dem kleinsten Schritte den Boden der kath. Kirche und zeigte sich äußerlich in Wort und Handlung als ergebener Diener des Papstthums."

[5] Heinrich d. j. von Braunschweig; vgl. Nr. 1660. 1661. — [6] Ludwig und Wilhelm von Bayern.

⁷ Herzog Georg von Sachsen und Joachim von Brandenburg.

⁸ Spalat. in s. Tageb. (Wittb. IX, 413) hat unterm 27. Juni dieselbe Nachricht: „Kais. Maj. hat ihm geschrieben. Man hälts dafur, sie hätten ihn gern hie aufm Reichstag." Aber aus Erasmus' eigenem Brief an Mel. vom 18. Aug. (CR. II, 288) geht hervor, daß diese Nachricht falsch, Erasmus im Gegentheil verstimmt war, daß er nicht vom Kaiser geladen wurde: Nec Caesari nec Ferdinando quicquam scripsi in hoc conventu, ne me periculoso negotio sponte admiscerem. Multi scribebant: utinam hic adesses! Caesaris nomine nemo jussit adesse. Vgl. auch Maurenbrecher, Gsch. der kath. Ref. I, 411. Erasmus wurde aufgefordert nach Augsburg zu kommen von Herzog Georgs Kanzler Pistoris (sein Brief vom 27. Juni bei Burscher, Spicil. XIV, 23), von Joh. Dantiscus, dem polnischen Gesandten auf dem Reichstag, von Joh. v. Vlatten, dem jülich'schen Gesandten, wie des Erasmus ablehnende Briefe vom 7. und 9. Juli (bei Coelest. II, 208f.) zeigen.

⁹ Spalat. l. c. f. 413ᵇ: Das ist ein großer Mangel am kais. Hofe, das auch etliche seiner hochgelehrten Diener sagen, daß nicht ein einiger Mann da wäre, der die Sachen des Evangelii verstünde; so gar wissen sie nichts von diesen Dingen, und hat doch viel Pfaffen und Münch umb sich.

¹⁰ Nur die Stadt Ofen wurde von Ferdinands Heer unter Roggendorf besetzt, die Festung aber, in der sich Zapolya befand, vergeblich belagert, vgl. Bucholtz, Ferd. I., Bd. IV, 74. Das falsche Gerücht von der Einnahme Ofens, selbst von der Gefangennahme Zapolya's, trat im Decemb. d. J. noch einmal auf, vgl. den Brief des Secretärs der Königin Maria, Nik. Olaus, vom 5. Decb. aus Krems, in Monum. Hungar. histor. I, T. 25 (Budapest 1875), p. 113.

¹¹ Johann Zapolya. — ¹² vgl. auch Nr. 1690. 1715.

(Augsburg.) Nr. 1690. (30. Juni ? 1530.)

Spalatin an Luther.

(Fragment.)

Handschriftlich: [1. Gotha, Cod. Bavari, vol. II, p. 653;] 2. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 286 (mit der Ueberschrift: Excerpta ex literis M. Georgii Spalatini ad Martinum Lutherum); — Drucke: 3. Corp. Ref. II, 157, Nr. 753 (nach 1, ohne Angabe, daß der Brief an Luther gerichtet ist).

Regina Ungariae et Regina Bohemiae[1] *ambae in vigilia Petri et Pauli*[2] *hora 6. ingressae sunt Augustam, a nullis vel Electorum vel Principum exceptae, sive ita*

volente Caesare, sive alia ex causa nobis incognita. Omnes vehementer territi sunt tempestate, quae fuit Aldenburgae[3]*, in festo*[a] *Corporis Christi*[4]*, maxime quod post fulmina media nocte magna inundatio venit.*

Joannes Baptista Italus[5]*, multis hactenus propheta, proxima Quadragesima Argentinae fuit, illi civitati non tantum*[b] *denuncians exitium, sed et toti Germaniae, nisi*[c] *resipiscerent. Dixit, se recta iturum ad Ferdinandum, hominem*[d] *commonefacturum, interminatus et ipsi extrema, nisi converteretur ad Deum*[e]*, imo futurum alioqui ausus affirmare, ut traditus Turcarum manibus securi*[f] *percutiatur. Non opus est, ut scribam, quam pauci stent a nobis et tam multi vel*[g] *a Papa vel a Sacramentariis.*

[a] in profesto 2. — [b] non tantum fehlt 1. 3. — [c] sed et tali conditione, ni 1. 3. — [d] hominemque 1. 3. — [e] ad Deum fehlt 1. 3. — [f] securi fehlt 2. — [g] vel fehlt 2.

[1] Maria von Ungarn, die Schwester Karls V., und Anna, die Gemahlin Ferdinands.

[2] am 28. Juni. Auch Weiss l. c. 708 verzeichnet ihre Ankunft. — [3] vgl. Nr. 1689. — [4] am 16. Juni.

[5] Ich vermuthe, daß dieser Johannes Baptista mit dem von Röhrich, Ref. v. Straßb. II, 72 erwähnten Venturinus identisch ist, der im März 1530 in Straßburg als neuer Prophet aufstand, über den aber sonst nichts bekannt ist. Der Name Venturinus weist nach Italien (ein Dominikaner Venturinus, der einen Geißlerzug nach Rom führte, gest. 1346, stammte aus Bergamo, Herzog RE.[1] IV, 724).

(Augsburg.) Nr. 1691. (30. Juni? 1530.)[1]

Jonas an Luther.

(Fragment.)

Beantwortet 9. Juli.

Handschriftlich: [1. Gotha, Cod. Bavari II, 654;] 2. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 47; 3. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 284 (datirt 1. Juli); [4. Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 102[8]]; — Drucke: 5. Coelestin II, 205; 6. Corp. Ref. II, 154 (nach 1). — Deutsch: Walch XVI, 1049. — Handschriften und Drucke haben sämmtlich diesem Briefe als Schluß die Stellen aus den Briefen Nr. 1674, Z. 60—79 und Nr. 1675, Z. 55—60 hinzugefügt.

Faber furiis exagitatur[2], *neque sanior Eccius. Isti urgent omnibus modis, vi rem esse agendam, non auditione causae*[a][3].

De oblata confessione nostra coram Caesare Sabbatho post Joannis Baptistae[b], *quae reddenda fuerat priori die*[c], *nisi Austriacorum*[d] *oratio per Sigismundum a Dietrichstein, valde lugubris et miserabilis contra Turcas*[4], *deplorans obsidionem superioris anni ad Viennam, impedimento fuisset, haec accipe*[e]. *Audiebantur nostri Principes in palatio Caesaris, in loco non admodum spatioso*[5]; *capiebat forsan ducentos tantum*[f]. *Consederant Caesar et Electores ac absentium Electorum legati utrinque. Deinde ex utroque*[g] *latere alii Principes et Ordines Imperii. Recitabat*[h] *Confessionem noster cancellarius D. Christannus*[i][6] *articulatim distincte et clare, ut ab omnibus exaudiretur. Absolvit totum*[k] *duabus horis. Satis attentus erat Caesar*[7]. *Dicitur Episcopus Augustanus*[8] *in privatis colloquiis hujusmodi vocem edidisse: ‚illa, quae recitata sunt, vera sunt, sunt pura veritas; non*[l] *possumus inficiari!'*

Propius nunc contemplatus sum faciem ac vultum Caesaris[9], *quam ante decennium in Conventu Wormatiensi*[10]. *Omnia signa in eo Principe digna inesse videntur liberalis, generosi, clementis et vere regii ingenii, ac praecipuae*[m] *alicujus ac*[n] *innatae humanitatis. Audivi a quodam magno*[o], *qui ipse una fuit in consessu et*[p] *in consiliis: quoties aliquid vehementius aut durius in senatu*[q] *dicit Rex*[r] *Ferdinandus, solet eum lacinia prehendere*[s] *Caesar*[t], *indicans, reges decere moderationem et clementiam, indicans se abhorrere a consiliis praecipitatis et Principibus consultorem esse pessimum iracundiae affectum*[u].

Caesar sibi fecit nostram Confessionem reddi Italica et Gallica[11] *lingua per Alphonsum Waldesium*[12] *et Alexandrum Schweiss*[13]. *Confessioni subscripserunt tantum Norimberga et Reutlingen*[14]. *Argentinenses ambierunt*[v] *aliquoties*[w], *ut excepto articulo sacramenti*[x] *susciperentur, sed Principes noluerunt. Landgravius subscripsit nobiscum, sed tamen dicit, sibi a nostris de sacramento non*

[2] Ad Car. Rom. Imp. Fidei Huldrici Zuinglii ratio. Tiguri ap. Christ. Froschouer MDXXX, mense Julio, in Zw. opp. ed. Schuler et Schulthess, IV, 3—18. Sie ist datirt Tiguri, tertio die Julii 1530. — Am 12. Juli schrieben Bucer und Capito an ihre Collegen in Straßburg (Zw. opp. IV, 2): Octavo die Julii Zw. rationem fidei suae masculam ad Caes. proprio nuntio misit. Quo omine sit excepta, facile videtur expendenti commotos Papistarum animos. — Gegen dieselbe schrieb sofort Eck: Repulsio Articulorum Zwinglii Caes. Maiestati oblatorum Johanne Eccio authore 1530. in Julio. 9½ Bl. in 4., welche am 17. Juli erschien (vgl. Zw. opp. IV, 19).

[3] Planck, Gsch. der Entstehung ꝛc. unseres prot. Lehrbegr. II, 1, 88[81] und nach ihm Baur, Zw.'s Theol. II, 661[2]

finden diese Aeußerung Mel.'s hervorgerufen durch die Stelle in der Fid. rat. (opp. IV, 11, woselbst aber Z. 8 v. u. zu lesen: manducatur), wo Zw. jede leibliche, natürliche Gegenwart und leibliche Genießung des Leibes Christi, „wie die Papisten und gewisse Leute, die zu den Töpfen Aegyptens zurückblicken, behaupten", verwirft. Schon Capito und Bucer schreiben am 23. Juli aus Augsburg an Zw. (opp. VIII, 484 f.): Tua confessio quosdam offendit.. Cum dicis, quosdam respectare ad ollas Aegyptiacas, quod urit Lutheranos. — Brenzens Urtheil im Brief an Isenmann vom 12. Juli (CR. II, 187): propriam [confessionem] huc misit Cinglius primum ineptam, deinde etiam a scriptura s. alienam.

[4] Fid. rat. (p. 6): Velimus igitur nolimus, admittere cogimur, peccatum originale, ut est in filiis Adami, non proprie peccatum esse; . . . non enim est facinus contra legem. Morbus igitur est proprie et conditio etc. Schon in Marburg war die Verschiedenheit in diesem Artikel zur Sprache gekommen, Zwingli hatte damals aber eine befriedigende Erklärung gegeben, vgl. Plitt, Einl. in die Augsb. Conf. II, 126 ff.

[5] l. c. p. 9: Credo, imo scio omnia sacramenta tam abesse ut gratiam conferant, ut ne adferant quidem aut dispensent etc.

[6] l. c. p. 15: Credo ceremonias, quae neque per superstitionem fidei neque verbo Dei contrariae sunt (quamquam hujusmodi nesciam, an quae inveniantur) per caritatem tolerari posse, donec lucifer magis ac magis allucescat. Sed simul credo eadem caritate magistra, cum citra magnam offensionem fidei potest, dictas ceremonias abolendas esse, quantumvis reclament qui perfido sunt animo.

[7] Seine bekannte Abendmahlslehre entwickelt Zw. p. 11—15.

[8] l. c. p. 16: At mitratum hoc genus atque pedatum, quod numerus est et fruges consumere natum, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, credimus νόθον, et id omnino esse in ecclesiae corpore quod strumae et gibbi sunt in humano. Durch diese Stelle verletzte Zw. hauptsächlich die Katholiken, vgl. Capito's und Bucers Brief l. c.

[9] traditiones hier im Sinn von kirchlichen Ordnungen und Gebräuchen.

[10] die 47 Canones poenit. seu regulae directivae, quarum notitia viris ecclesiasticis valde necessaria est, ad poenitentias delinquentibus imponendas, welche der Minorit Astesanus (aus Asti in Italien, † 1330) in seine Summa de casibus conscientiae aufnahm, die auch im Corp. jur. can. hinter Gratians Decret eine Stelle erhielten; die Summa gehörte in vielen Diöcesen zu den Schriften, die jeder Cleriker besitzen sollte. Die Canones verzeichnen die aufzuerlegenden Kirchenstrafen für die verschiedensten Sünden.

[11] besonders in der Schrift von der Freiheit eines Christenmenschen, Erl. 27, 173 ff.
[12] Joh. 12, 3. — [13] 1 Macc. 4, 59. — [14] Jon. 3, 7. — [15] 2 Chron. 20, 3. — [16] vgl. Apstgsch. 21, 26; 1 Cor. 9, 20. — [17] 1 Kön. 21, 9 (?).

Veste Coburg. Nr. 1715. 15. Juli 1530.

Luther an Jonas, Spalatin, Melanchthon und Agricola in Augsburg.

Antwort auf 8. und 10. Juli.

Handschriftlich: 1. Berlin, kgl. Bibl., Ms. germ. in fol. 15 (von Cölestin gemachte Abschrift, mit der Randbemerkung: ex Aurif., jedoch in Cod. Helmst. 108. der Wolfenb. Bibl. befindet sich der Brief nicht); [2. Cod. Rostoch., vgl. 6;] — Drucke: 3. Coelestin II, 231; 4. Budd. 155; 5. de Wette IV, 96; 6. Schirrmacher 365 (aus 2). — Deutsch: Walch XXI, 1208.

Justo Jonae, Georgio Spalatino, Philippo Melanchthoni, et Johanni Agricolae Islebio, Collegis suis, Augustae.[a]

Gratiam et pacem in Domino. Literas et ab Arnholdo[b] et nuntio[c] Coburgensi allatas accepimus heri, et credo jam habere vos responsum adversariorum[1], quod expectari a vobis scribitis, scilicet ‚Patres, Patres, Patres, Ecclesiam, Ecclesiam, Ecclesiam[d], usus, consuetudo' audituri estis, praeterea e Scripturis nihil, et his arbitris et testibus fretus pronuntiabit Caesar contra vos. Sequentur minae et jactantiae usque in coelum et infernum. Dominus dabit autem vobis[e] os et sapientiam[2]. Caeterum ut scribitis[f]: ‚de aliis rebus coram brevi'[3]; ita facite. Plus est actum, quam speratur, scilicet reddidistis Caesari, quae Caesaris sunt, et Deo, quae Dei sunt: Caesari perfectam obedientiam, comparendo[g] tanto cum sumptu, labore et molestia; Deo sacrificium electum confessionis, quae perrumpet in omnes aulas Regum et Principum, dominatura in medio inimicorum suorum[4], et exitura[h] in omnem terram sono suo[5], ut qui non cre-

diderint, sint inexcusabiles[6]: scilicet is erit fructus silentii imperati in exordio Comitiorum. Quod si hoc accesserit praemii, ut, adversariis testibus[7], nullus articulus fidei laesus sit, plane plus, quam petii, obtinemus, scilicet liberati ab opprobrio haeretici nominis. Confiteatur sane sic nos ipse Christus, sicut vos estis eum confessi, et glorificet glorificantes se, Amen. Igitur absolvo vos in nomine Domini ab isto conventu. Immer wieder heim[i], immer heim!

Concordiam aut permissionem nolite sperare, neque ego unquam hanc oravi apud Deum, sciens impossibilem esse, sed tantum ut vos permitterent docere, et pacem concederent, manentes ipsi in sua impietate, et si vellent nos juvare, quomodo[k] possent. Si Caesar ediderit edictum, edat sane; edidit et Wormatiae quoddam[l]. Caesarem ut Caesarem audiemus, nec amplius, nec ultra. Quid ad nos larvatus iste Caesar rusticus[8]? Dabit hic et idem ille[m] consilium, qui confessioni nostrae aperuit ostium Caesaris et regum, atque[n] si vi et armis urgebit Caesar, quod non spero, iterum dabit ille consilium. Caesari cedemus vero, sed larvatus Caesar, si quid tentarit, aliud erit. Igitur impetrate a Caesare licentiam, relictis ibi senatoribus Principis, qui in reliquis causis collaborent. Nostra causa expedita est, nec ultra quicquam melius aut felicius efficietis. Quod Campegius potestatem jactat dispensandi[9], respondeo verbis Amsdorffii: Ich schiffe dem Legaten und seinem Herrn in seine Dispensation, wir wollen Dispensationes genug[o] finden. Quando[p] herus praecipit, servi dispensationem non curate, si servus dicendus est tantus latro et invasor regni. Heim, heim! Dominus Jesus servet et soletur vos, qui ob nomen ejus laborastis et afflicti fuistis satis, Amen. Ex Gruboc, feria 6. post Margarethae 1530.

Martinus Lutherus D.

[a] Adresse nur bei 4. 5. — [b] Ernholdo 4. 5; Ernboldo 3. — [c] nach 6; die andern: Mulio. — [d] Luther hat vermuthlich Ecclesiam geschrieben, wie alle haben, obgleich es Ecclesia heißen müßte, was 5 als Conjectur in den Text

aufnahm. — [e] nobis 3—5. — [f] scribis 6. — [g] comparando 3. — [h] exitum 3 (aber verbessert unter den Erratis). 4. — [i] „Immer wieder heim" fehlt 6. — [k] quando 3—5. — [l] quondam 4 am Rande. — [m] Dabit et ille idem 3—5. — [n] atque fehlt 6. — [o] wohl gnug 3—5. — [p] quod 6.

[1] Es war noch nicht geschehen; die Confutatio wurde erst am 3. August verlesen.

[2] Luc. 21, 15. — [3] vgl. Nr. 1702. — [4] Ps. 110, 2. — [5] Ps. 19, 5. — [6] vgl. Röm. 1, 20.

[7] Spal. Tagb. l. c. f. 414, Nr. 28: Kais. Maj. und die Ihren bekennen, daß wir in Artikeln des Glaubens nicht irren, kunnt aber leiden, daß wir in äußerlichen Dingen... uns bis auf ein Concilium mit den andern vergleichten.

[8] Herzog Georg unter der Maske des Kaisers, aber nicht, wie de Wette ad h. l. erklärt, der unter Herzog Georgs Einfluß handelnde Kaiser. Vgl. auch Seidemann, Beitr. I, 113[2].

[9] An V. Dietrich hatte Mel. am 8. Juli geschrieben (CR. II, 174): Ait [Campegius] se posse concedere usum utriusque speciei et conjugium sacerdotum; de monachis ait clave non errante dispensari non posse.

Veste Coburg. Nr. 1716. 15. Juli 1530.

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 202; **3.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 57[b]; [**4.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 346; **5.** Cod. Rostoch., vgl. Nr. 13;] **6.** Berlin, Ms. germ. in fol. 15; [**7.** Cod. Jen. a. f. 224; **8.** Cod. Jen. b. 68;] — Drucke: **9.** Coelestin II, 230; **10.** Budd. 153; **11.** Schütze II, 151; **12.** de Wette IV, 98; **13.** Schirrmacher 131 (aus 5). — Deutsch: Walch XXI, 1205. — Wir geben den Text nach 1, die Varianten nur von 12.

Charissimo fratri in Christo, M. Georgio Spalatino, confessori Dei Augustae constanti.

Gratiam et pacem in Domino. Ego vos hic exspecto, mi Spalatine, reduces felicesque, hoc est, Caesaris edicto damnatos ad restitutionem. Sed venite in nomine Domini: qui vicit portas inferorum, vicit[a] et minas hominum. Adde, quod singulariter minae Rustici[1] conflagratae sunt in armamentario Dresdensi, et jam secundo 45[b] aedes in eadem civitate con-

flagrarunt[2]. Satis monetur e coelo. Sed laudo viri fortitudinem Enceladicam et Typhoeicam[c][3], qui tonanti, etiam fulminanti audet oppedere. Nam ea fulmina, quae Aldenburgae[d] turres impiorum locorum tetigerunt, omen bonum sunt[4]; atque si pias etiam tetigissent, odio verbi et baptismatis a Satana facta crederem: quamvis Decani mors[5] istis signis (etsi sequentibus) compulsari debuit. Christus servet nobis Principem, Amen[e]. Mire me vexat indignatio, quod adesse vobis corpore non licet, ac nisi tentatio in Deum fuisset, tot pericula itineris subire, certe jam dudum coram vidissetis me. Gratia Dei vobiscum, Amen. Ex Grubok, 1530, die Julii 15.

T. Martinus Luther.

[a] vincet. — [b] 43. — [c] Typhonicam. — [d] Altenburgi. — [e] Amen fehlt.

[1] Herzog Georg von Sachsen.

[2] Anno 1530, Dienstags nach Valentini (15. Febr.), als Herzog Jorge zu Sachsen zu Leuteromicz bei Kunige Ferdinando, brannte abe am Slosse das Backhaus, that an Getreid und Böchsen rc. trefflichen Schaden. Und im selbigen Jahr am achten Tage ascensionis Domini (28. Mai) brannten bei 40 Häuser abe hinter der Badestobe na bei der Brucken (Monach. Pirn. ap. Mencken II, 1546). In Dresda duo ribaldi de Franckenhusen igne imposito sexaginta domos combusserunt et hoc in vindictam malorum, quae eis dux Georgius (ut causabantur) tempore rusticani tumultus a. 1525. intulerat. (P. Langius ap. Menck. II, 74.) Vgl. auch Weck, Chron. v. Dresd. I, 46. 62.

[3] Enceladus und Typhoeus (oder Typhon), Giganten, welche sich gegen Jupiter empörten, der sie mit den Blitzen erschlug und unter den Aetna begrub; Virg. Aen. 3, 578; 9, 716; Ovid. Met. 5, 353.

[4] vgl. Nr. 1689. 1690. Mit den impia loca meint Luther die Kirche der kathol. Stiftsherren.

[5] 1525 war Decanus templi Divi Georgii Aldenb.: Dr. Conr. Gerhard, vgl. Schlegel, vit. Spal. 215. Ist von ihm hier die Rede?

Augsburg. Nr. 1717. 15. Juli 1530.

Kurfürst Johann von Sachsen an Luther.

Antwort auf 9. Juli.

Original-Concept: [1. Weimar. Ges.-Arch. Reg. E. f. 37. Nr. 2 (oben am Rande steht „D. Bruck"; dieser aber hat es nicht eigenhändig geschrieben);] — Drucke: 2. Cyprian, Beil. Nr. 30, S. 191; 3. Walch XVI, 1058; 4. Förstemann, Urkb. II, 78 (aus 1). — Wir geben den Text nach 4.

An Doctor Martin Luther.

Johanns etc.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwirdiger, Hochgelahrter, lieber Andächtiger! Wir haben eur nächstes Schreiben zu gnädigem Trost und Gefallen vornommen, und wären wohl geneigt, euch den Zustand unser Sachen zu vormelden. So wissen wir euch doch gnädiger Meinung nit zu vorhalten, daß sieder des[1], als wir unser Artikel ubergeben, mit uns, nach einigen[2] andern Fursten dieser Sachen anhängig, davon nichts weiter ist gehandelt worden, und seind also Bescheids bis auf diese Stund gewartend; werden aber darneben bericht, als sollten sie ihres Theils der Sachen unter einander selbst etwas irrig sein[3], dadurch wir also lang verzogen. Was sich aber furder in diesem Handel zutragen und uns zu Antwort fallen wird, das soll euch unvorhalten bleiben.

Und thun hiermit euch die Anzeig, so uns unser Leibarzt und lieber getreuer Caspar Lindeman Doctor eurenthalb gethan, Copeien der Trostschrift[4], so ihr uns einst hievor uberschickt, wieder ubersenden. Das alles wir euch gnädiger Meinung nit vorhalten wollen. Datum Augspurg am Freitag nach Margarethe, Anno Domini xxx^ten.

[Auf der Rückseite des Blattes steht folgendes kurfürstliche Begleitschreiben im Concepte:]

L[ieber] g[etreuer], wir begehrn, du wollest beivorwahrten Brief Doctor Martin Luther von unsern wegen zu eigen Handen stellen, und daran sein, damit ihme derselbig gewiß und keinem andern gegeben werde. Daran geschieht unsere Meinung. Datum.

Coburgk an Schösser[5].

[1] = seitdem. — [2] = noch keinem.

[3] Spal. Tgb. l. c. 414, Nr. 33 (vom 3. Juli): Man sagt, daß die Bischofe in dieser Sachen des Evangelien sich nicht vereinigen können. Vgl. ib. auch Nr. 39. 40. 41. 53. 59. Vgl. Mel.'s Brief vom 8. Juli, Nr. 1699. — [4] Nr. 1643 (?). Burkhardt, Brfw. 181 (im Regest zu unserem Brief, jedenfalls irrig), der Kurfürst lege Casp. Lindemanns Schreiben über Luthers Zustand in Copie bei.

[5] Arnold v. Falkenstein (Nr. 1667[3]).

(Augsburg.) Nr. 1718. 15. Juli (1530).

Melanchthon an Luther.

Handschriftlich: **1.** Ms. Manlii, p. 28; **2.** Berlin, kgl. Bibl. Ms. germ. fol. 15 (von Cölestin?); — Drucke: **3.** Mel. epp. lb. I. ep. 11; **4.** ed. Lond. lb. I. p. 8; **5.** Coelestin II, 233; **6.** CR. II, 197. — Deutsch: Chyträus 94[b].

S. D. Scripsi[1] *tibi subinde novas deliberationes haberi, id reipsa experimur. Heri*[2] *in senatu Principum decretum factum est, ut Caesar de consensu universae Germaniae oretur, ut cogi Synodum curet. Erat adjectum caput alterum, ut interim ea ratio servetur*[a]*, quae paci nihil officeret. Nostri pugnarunt, ut secundum caput omitterent, quod quamquam ipsi fecerint*[b]*, nonnullis adducti causis, mihi tamen non admodum placet. Nimis cauti volumus videri. Mitto tibi indicem scriptorum*[3]*, quae sunt exhibita Caesari a nostris adversariis, ubi videbis, scelerato consilio* ἀντιλογίας *et alia addi confutationi, ut irritent nobis mansuetissimum Caesaris pectus. His artibus pugnant sycophantae. Si continget, ut respondendum sit, ego profecto remunerabor istos nefarios viros sanguinum. Aliquoties jam fui apud quosdam inimicos ex illo grege Ecciano, non possum dicere, quantam odii Pharisaici acerbitatem deprehenderim*[4]*. Nihil agunt, nihil meditantur, nisi ut concitent adversus nos Principes et impia arma*[5] *induant optimo Imperatori. Vale et ora pro nobis. Veneris post Margaretae.*

[a] servaretur 5. — [b] fecerunt 1. 3.

[1] Nr. 1714.

[2] Donnerstag nach Marg. [14. Juli] hat Kais. Maj. die Kurfürsten, Fürsten und Stände des Reichs fragen lassen, was sie

bedächten, wie die Sachen, Gottes Wort belangend, sollten furgenommen und abgehandelt werden? (Spal. Tgb. l. c. 417[b], Nr. 87.) Wohl darauf hin kam es zu der Berathung der Fürsten, von der Mel. hier berichtet (vgl. Schirrmacher 503[1]).

[3] Dieser index scriptorum, welchen Mel. dem Briefe beilegte, wird derselbe gewesen sein, den Spal. Tgb. 415[b], Nr. 58 verzeichnet: 1) Antilogiarum, hoc est contradictionum M. Lutheri babylonica, ex ejusdem apostatae libris, per D. Joh. Fabri excerpta; 2) Haereses et errores ex diversis M. Lutheri libris in unum collecti; 3) Haereses in Sacris Conciliis antea damnatae, per Lutheranos iterum ab inferis reductae; 4) Haereses et errores M. Lutheri per Leonem Pontificem ante decennium damnati; 5) Haereses et errores M. Lutheri ante septennium per Universitatem Parisien. condemnati; 6) Condemnatio facultatis theol. Lovaniens.; 7) Epitome aliquot haeresium et errorum M. Lutheri; 8) Monstra sectarum, ex Luthero et Lutheranis enata; 9) Lutherani evangelii abominabiles et perniciosi et damnatissimi fructus. Dem Verzeichniß, welches Coelest. II, 228 gibt, das auch in CR. II, 197* aufgenommen ist, fehlt Nr. 5. Vgl. auch Ficker, Confut. XLIX[1], woselbst auch Nr. 3, S. 161; Nr. 8, S. 174; Nr. 9, S. 182 abgedruckt ist.

[4] Aehnlich schreibt Mel. am 27. Juli an Erasmus (CR. II, 232): Nunquam eram crediturus, tantam ferociam, tantam saevitiam in hominem cadere posse, quantam in Eccio et quibusdam ejus gregalibus deprehendo.

[5] Virgil. Aen. 6, 612 f.; 12, 31.

Veste Coburg. Nr. 1719. 16. (?) Juli 1530.[1]

Luther an Just. Jonas.

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 55; 2. Kopenhagen, Ms. 1393. f. 301 (datirt 13. Juli); [3. Cod. Rostoch. (vgl. Schirrmacher 131[1]);] 4. Berlin, kgl. Bibl. Ms. germ. f. 15 (von Cölestin?); [5. Cod. Jen. b. f. 19]; — Drucke: 6. Coelestin II, 230[b]; 7. Budd. 154; 8. de Wette IV, 98 (datirt 15. Juli). — Deutsch: Walch XXI, 1206.

Gratiam et pacem in Domino. Sic auguror, optime Jona, vos jam[a] accepta responsione adversariorum[2] urgeri ad restitutionem: quod nisi concesseritis, prodibit mandatum Caesaris sapientia rustica[3] et extortum et refertum. Et cur non aequo animo sinamus istas bullas[b] turgere? Nisi tale quid facerent isti, quid non ignominiae referrent ex his

Comitiis? Faveamus itaque illis istas minas et bullas. Quid nocent? Aliud aut altius quicquam cogitare non possunt, quam minas suas esse formidabiles, cum sciant sese vi et opere nihil effecturos esse. Plane ingratos nos esse dicerem, si non faveremus eis has jactantias, praesertim si nos nullum articulum fidei laesisse concesserint[4]. Utinam haec vox firma et certa satis fieret, et vos certas confessiones et testimonia raperetis. Wir wollen sie uns wohl[c] nutze machen, was gilts? Si enim firma fuerit, divina vox fuerit[d], stultis illis veritate victis imprudenter satis elapsa. Qui dederit[e] hanc[5] majorem, dabit et minorem, et syllogismum talem, qualem illi jam non vident. Tantum fortes estote, et state viriliter, donec sentiant, minas suas non esse omnipotentes. Tum fiet aliud, sic cogito. Saluta M. Eislebium, Spalatinum et omnes. Utor enim vestro dono, ne singulis singulas[f] scribam literas[g]. Ex Petro Wellero[6] audietis omnia, quae Wittembergae aguntur. Ex Eremo Gruboc[h], die tertia post Margarethae[i] 1530.

T. Martinus Luther.

[a] jam fehlt 6. — [b] beluas 2. — [c] Wir wollens uns noch wohl 2. 7. — [d] divina etc. fehlt 3. — [e] dedit 2. 7. 8. — [f] singulas 7 nur am Rande. — [g] literas fehlt 2. 7. — [h] Gruboc fehlt 1. 6. — [i] 13. Julii 2.

[1] Das am Schluß stehende Datum, wenn es anders richtig ist, ist der 16. Juli. Es ist freilich eine bei Luther ungewöhnliche Art der Datirung; jedoch fer. 3. p. Marg. = 19. Juli paßt nicht, da Luther an diesem Tage an Melanchthon schreibt und den Brief einem kurfürstlichen Boten, nicht dem Pet. Weller mitgibt, auch daselbst sagt: Aliis alias scribam, womit unser Brief, wenn er vom 19. wäre, nicht stimmte. Die Datirung de Wette's auf den 15. scheint, abgesehen von der falschen Auflösung des Datums, auch dadurch ausgeschlossen, daß Luther im Brief an Spalatin, Nr. 1716, den Pet. Weller nicht erwähnt und in unserem Brief u. a. auch Spalatin grüßen läßt, was nicht nöthig war, wenn er am nämlichen Tag an diesen geschrieben hätte.

[2] Luther wiederholt hier, was er den Tag zuvor in dem an die Freunde gemeinschaftlich gerichteten Briefe Nr. 1715 gesagt hatte.

[3] d. h. durch Herzog Georg, vgl. die vorhergehenden Briefe.

[4] vgl. Nr. 1715[7].

[5] zu ergänzen ist: propositionem. In der Logik ist major sc. propositio der Obersatz, welcher die allgemeine Regel, minor der Untersatz, welcher den besonderen Fall angibt, syllogismus oder conclusio das daraus gezogene Urtheil.

[6] Ueber die Veranlassung zu der Reise Peter Wellers, des Tischgenossen Luthers in Wittenberg (vgl. Nr. 1664), nach Augsburg ist uns nichts bekannt. Vielleicht war es nur das Verlangen, das Treiben auf dem Reichstag sich einmal anzusehen, wie später bei Chr. Kaufmann (vgl. unten 3. August). Weller kehrte Ende des Monats von dort zurück.

Veste Coburg. Nr. 1720. 19. Juli 1530.[1]

Luther an Melanchthon.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 65; [**2.** Cod. Rostoch. (vgl. Nr. 8); **3.** Wernigerode, Cod. Zd. 82. f. 20[b] (vgl. Nr. 9);] **4.** Berlin, kgl. Bibl. Ms. germ. f. 15 (von Coelestin?); — Drucke: **5.** Coelestin II, 231[b]; **6.** Budd. 157; **7.** de Wette IV, 100; **8.** Schirrmacher 132; **9.** Bindseil, Supplem. ad CR. S. 517 (datirt 9. Juli). — Deutsch: Wilhelmi a Vallo II, b, 110 (datirt 9. Juli); Walch XVI, 1095 (unvollständig).

Gratiam et pacem in Christo[a]. Etsi tu[b] non scribis[2], mi Philippe, tamen ut[c] te superem gratia et onerem invidia, ego scribo, sic opere supererogationis[d] te[e] excellens. Vides autem causam nostram[f] redire[g] in similem eventum, quo et sub me[h] Wormatiae fuit, scilicet ut Caesarem judicem patiatur. Sic Satan chorda semper oberrat eadem[3], et milleartifex ille non habet contra Christum, nisi unum illud elumbe robur. De hoc latius scripsi Principi[4], et vos melius in hac re consuletis. Ego adhuc, Dei[i] gratia, nihil video in adversariis, nisi meras minas, sed minas adversus Dominum[k] et Christum ejus, quas inanes vocat David[5], non solum praepotens minarum contemptor[6], sed et[l] virium Goliath victor. Quod si proverbia vera sunt, verum est et illud: Qui moritur minis, compulsetur sibi[m] bombis. Licet[n] Germanicum[7] sit[o], tamen valet. Quibus vero bombis tibi compulsandum erit, qui non tantum a minis[p], sed a te ipso ob minas[q] vincaris[r]. Minas

sane, et nihil[s] nisi minas[t], minas vero stipularum et arundinum, quarum Deus scit cogitationes, et ecce vanae sunt[8]. Sed esto res[u], sequatur bellum scilicet[v] et vis, at[w] nondum coepit[x], interim fiet aliquid; et incipiat sane, nondum processit; procedat quoque, nondum vicit. Moveri bellum hoc tempore, ne humana quidem ratione capio, posse ab illis, nisi velint[y] funditus perire. Nuper hic rustici et rursum[z] fere 60[a] denuo coeperunt congregari, tentantes quoque noctu arcem illam Hohenstein[b 9] capere (sic nobis narrant nostri Praefecti), ut videas, etiam Caesare praesente opus esse provideri[c] omnia contra seditionem; quid fieret, si bellum isti moveant! Sed nuntius jussu Principis[10] jam festinat, et tu non scripsisti. Aliis alias scribam[d 11]. Fortis esto in Domino, Amen. Ex Gruboco[e], 19.[f] Julii 1530.

T. Martinus Luther.

[a] in Christo fehlt 9. — [b] † nobis 5. 6. 7. — [c] † ego 9. — [d] erogationis 8. — [e] te fehlt 9. — [f] nostram fehlt 5. 6. 7. — [g] recidere plane 9. — [h] sub me fehlt 5. 6. 7. — [i] Deo sit 5. 6. 7. — [k] Deum 9. — [l] et fehlt 5. 6. 7. — [m] ei 5. 6. 7. — [n] quod licet 5. 6. 7. — [o] sit fehlt 9. — [p] ab aliis 5. 6. 7. — [q] ob minas fehlt 5. 6. 7. — [r] vinceris 5. 6. 7; enecaris 9. — [s] † aliud 6. 7. — [t] † audiamus 5. 6. 7. — [u] res fehlt 5. 6. 7. — [v] scilicet fehlt 9. — [w] ut 1. 8. — [x] † et 5. 6. 7. — [y] volunt 9. — [z] et fehlt 9; et rursum fehlt 5. 6. 7. — [a] st. 60: et 9. — [b] Nohesten 5. 6. 7. — [c] providere 2. 5–8. — [d] et tu non etc. fehlt 9. — [e] Ex Gruboco fehlt 9. — [f] 9. bei 3. 9.

[1] Das Datum 9. Juli, welches handschriftlich nur bei 3 sich findet, ist falsch. Der ganze Inhalt des Briefes, besonders was Luther von der Drohung der Gegner sagt, paßt noch nicht auf den 9., wohl aber auf den 19. Juli, vgl. die Briefe vom 15.

[2] Luther hatte demnach die Briefe vom 14. und 15. (Nr. 1714 und 1718) noch nicht erhalten, obwohl er an diesem Tage den Brief des Kurfürsten vom 15. (Nr. 1717) empfangen hatte, dessen rückkehrendem Boten er diesen Brief mitgibt (vgl. am Schluß).

[3] Horat. ars poët. 356.

[4] Nr. 1705. (? Brieger l. c. 293[3] nimmt hier einen verloren gegangenen Brief an.) — [5] Ps. 2, 1. — [6] Ps. 2, 4.

[7] Wer vom Dräuen stirbt, dem muß man mit Fürzen zu Grabe läuten. Das Sprüchwort deutsch Erl.[2] 24, 183, auch bei Murner, Vom luth. Narren 3471. — [8] Ps. 94, 11.

[9] Das Nohesten bei 5. 6. 7. beruht wohl auf einem ursprünglichen Lesefehler. Hohenstein ist das südl. von Coburg

gelegene Schloß mit einem kleinen Dorfe; von der erwähnten Bauernrevolte ist mir sonst nichts bekannt.

[10] vgl. Note 2. — [11] Es geschah mit dem Briefe des folgenden Tages an Spalatin.

Veste Coburg. Nr. 1721. 20. Juli 1530.

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges. = Arch.; — handschriftlich: **2.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 66; [**3.** Cod. Ratzenb. (vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 346); **4.** Cod. Rostoch. (vgl. Nr. 12);] **5.** Berlin, kgl. Bibl. Ms. germ. fol. 15; [**6.** Cod. Jen. a. f. 224; **7.** Cod. Jen. b. 66]; — Drucke: **8.** Coelestin II, 232; **9.** Budd. 158; **10.** Schütze II, 153; **11.** de Wette IV, 101; **12.** Schirrmacher 132 (aus 4). — Deutsch: Chyträus 245; Walch XVI, 2136. — Wir geben den Text nach 1, von den Varianten die von 11 und 12 vollständig, von 2. 3. 8. 9. 10. nur die wichtigeren.

Venerabili viro, Domino Georgio[a] Spalatino, servo et confessori Christi fideli, Augustae Vindelicorum agenti.

Gratiam et pacem in Christo. Certe nunc incipio[b] vobis gratias agere, praesertim tibi, optime Spalatine, quod tam diligenter et copiose omnia ad nos scribitis, sicut habetis et[c] materiam et causas sufficientes, vel potius abundantes tam formales, quam finales et efficientes[d]. Nos hic eremitae, et velut terra sine aqua, nihil possumus germinare, quod ad vos scribi dignum sit, nisi quod gemitu, suspiriis et totis orationis[e] viribus et gestibus in coelum ascendimus, et pulsamus, improbi etiam, illius portas, qui dixit[1]: ‚Pulsanti aperietur'. Tantum est, ut duremus et expectemus modicum.

‚O socii — — — —
Passi graviora, dabit Deus his quoque finem.
Durate et rebus vosmet servate secundis.'[2]

Vel illud potius: ‚Expecta[f] Dominum, viriliter agite omnes, qui speratis in Domino[g]; si moram cerit, expecta[h] eum, veniens enim veniet, et visio

non mentietur'[3]. Video sane, vos esse in lucta[i]: et quos Satanas non audietis in responso adversariorum loquentes virulentissime? Jam enim ista praevideo omnia, sed nihil est tanti. Si enim Christus ea bona jam dedit, quae hic mundus non comprehendit[4], et promisit multo majora[k]: cur non feremus[l] modicum hoc mali, quod immundae muscae nos rostro suo polluant aut concacent parumper, cum hoc cogantur ab ipsis naturalibus muscis pati summae et formosissimae reginae in media facie sua[m]. Quid vero sunt isti furiosi[n], quam muscae susurrantes, alisque suis et[o] capitibus[p] strepentes[q]? Postquam vero valde iracundae[r] strepuerunt, edunt stercus, quod acu tangi vix potest. Tanta est vis tanti furoris. At nostra est remissio peccatorum, salus a morte, vita aeterna, Christus ipse est noster cum omnibus suis[s], pro cujus nomine vos jam sudatis. Non relinquet causam suam; atque si relinqueret, pulchrum esset et salutare, cum[t] ipso relinqui, etiamsi Deus non esset. Sed ego ligna in silvam[u][5]. Saluta M. Eislebium, Aquilam, Brentium et omnes nostros[v]. Christus est vobiscum, Amen[w]. Ex Eremo Groburk[x], 20. Julii 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Venerabili in Domino, Georgio 11; Adresse fehlt bei 12. — [b] Certe non possum non 2. 8. 12.; Debeo principio 10. 11. — [c] et fehlt 10. 11. — [d] vel potius etc. fehlt 8. — [e] † et 10. 11. — [f] Expectate 8. 10. 11. — [g] in Dominum 2. 3. 8. 12. — [h] expectabo 8. 12. — [i] luctu 2. 8. 12. — [k] meliora 2. 8. 12. — [l] ferremus 3. 9. 10. 11. — [m] summae etc. fehlt 10. — [n] † aliud 2. 8. 10. 12. — [o] absque 2. 8. 12; nostris 10. 11. — [p] crepitibus 9. — [q] obstrepentes 2. 8. 10. 11. 12. — [r] iracundae fehlt 11. — [s] cum omnibus suis fehlt 11. — [t] in 2. 8. 11. 12. — [u] † porto 8—12. — [v] Saluta etc. fehlt 2. 3. 8. 10. 12. — [w] Amen fehlt 3. 9. 10. 11. — [x] Groburk fehlt 2. 8. 10. 12; Gruboc 3. 9. 11.

[1] Matth. 7, 8. — [2] Virg. Aen. I, 198 f. 207; von Luther öfter angeführte Worte, vgl. z. B. opp. lat. X, 95; XX, 20; Lauterb. Tgb. 48; in späteren Briefen: 19. Sept. 1532; 27. Aug. 1540; 4. Jan. 1545.
[3] Ps. 27, 14; 31, 25; Habak. 2, 3. — [4] Joh. 1, 5.
[5] Horat. Sat. I, 10, 34.

Veste Coburg. Nr. 1722. 20. Juli 1530.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg.

Gedruckt: 1. Schütze II, 152; 2. de Wette IV, 104.

Venerabili viro, Dn. D. Wenceslao Linco, ministro Christi Norimbergae fideli et integro.

Gratiam et pacem. Gratum est, mi Wenceslaë, meam epistolam[1] admissam esse ad typos vestros. Subtimide enim misi, veritus, ne, quae religio istius urbis, mea non excudi permitterent[2]. Interim spero, advenerint et propositiones illae irritatrices adversariorum[3], quia fixum est, si illi ita pergant furere, ego quoque rursus cornua sumam[4] et occurram istis papyris in ira furoris mei, ut habeant, quas ita quaerunt, causas furendi et vociferandi. Nam quod jam ita clamant, faciunt otio et inopia causarum. Hic jam Wittembergae excuduntur mendacia eorum de purgatorio[5]. Jam in manibus habeo mendacia de clavibus[6]. Tu ora pro me et tota ecclesia Dei, et vale in Domino. Saluta vero mihi tuam carnem, vitem ipsam cum botris suis charissimis. Ex Eremo Gruboc, quod tu, propheta magnus, tam cito vertere potuisti. 20. Julii 1530.

T. Martinus Lutherus.

1 Nr. 1700. — 2 Ueber die vom Rath geübte Büchercensur vgl. Roth, Rfgsch. Nürnb. 113.

3 Es sind damit wohl die Anträge gemeint, welche der gegnerische Theil auf dem Reichstag gestellt und von denen Mel. am 15. (Nr. 1718) geschrieben hatte: Mitto tibi indicem scriptorum, quae sunt exhibita Caesari a nostris adversariis ...., ut irritent nobis mansuetissimum Caesaris pectus. Luther hofft, daß sie nunmehr auch in ihrem Wortlaut nach Nürnberg werden gelangt sein. Offenbar hat ihn die Nachricht, daß die Gegner ἀντιλογίας Lutheri zusammengestellt, besonders erregt, vgl. auch Nr. 1725[7].

4 Muth gewinnen, sprichw. z. B. Ovid, ars amat. I, 239.

5 Widerruf vom Fegfeuer, Erl. 31, 184; vgl. Nr. 1687[10]. Die Schrift traf am 13. Aug. in Augsburg ein. Spal. Annal., ed. Cyprian, S. 152: „Des Sonnabends nach Afer ist D. Mart. Widerspruch vom Fegfeuer gedruckt dahin kommen. Man meint, es sei ein Widerspruch" (nämlich ein Protest gegen etwaige

Folgerungen, welche die Gegner aus der Uebergehung dieses Artikels in der Confession zu ziehen schienen; vgl. Virck in Ztschr. f. Kgsch. IX, 299). — Als Gegenschrift erschien: Christenliche Erhaltung der Stell der Geschrift für das Fegfeuer wieder Luthers Lästerbüchlein durch Dr. Joh. Eck. 1530. s. l. (Augsburg?) 7 Bg. 4. Ins Lat. übersetzt in Eckii opp. contra Ludderum. 1531. II, 183.

[6] Von den Schlüsseln Mart. Luthers, Erl. 31, 126. Die Schrift wurde aber erst Anfang September fertig (vgl. Nr. 1779[a]).

Augsburg. Nr. 1723. 20. Juli (1530).

Melanchthon an Luther.[1]

Beantwortet 27. Juli.

Original: [1. München, Cod. I, 275;] — Drucke: 2. Epp. Mel. ed. Pezel. lb. III, p. 141; 3. ed. Lond. lb. III, ep. 68; 4. epp. lb. VI. ed. Lugd. Bat. 1697. p. 309; 5. CR. II, 217 (nach 1). — Wir geben den Text nach 5.

D. Martino Luthero, patri carissimo.

S. D. Spero[a] *te accepisse fasciculum nostrarum literarum*[2]*, in quibus scripsimus, quid hic geratur. Novi nihil interim accidit, quod relatu dignum sit. De causa nostra nihil adhuc decretum est, et mire*[b] *mihi videntur variare sententiae. Interdum aliqui ad aequitatem delabuntur, quos tamen subito depravant rursus*[c] *improborum calumniae.*

Postulatum est privatim a Principibus, ut deserant hanc causam[3]*. Nostri hodie*[4] *respondent, et exponunt Caesari, prohiberi se religione, quominus prodant hanc causam. Adversariorum confutatio nondum est exhibita nobis.*

Περὶ ζητήσεων[5] *amabo te respondeas mihi. Nam et votorum causa in ea disputatione periclitatur. Quod si* εὐχαριστικὸν[d] *opus instituere licet*[e]*, licet eadem opinione*[f] *vovere. Itaque consequetur*[g]*, vota esse cultus seu* λατρείας[h]*, ut vocant in scholis*[6]*, et observari necesse esse. De his rebus rixor interdum cum meis sodalibus, quare gratum facies nobis omnibus, si responderis.*

Oecolampadius scripsit contra me dialogum[7]*, ut mihi videtur accuratius, quam solet alioqui scribere*[i]*, quem*

afferam, si quando Deus nos[k] *reduxerit istuc. Amabo te rescribe de traditionibus. Re ipsa experior, eas habere, ut Paulus*[3] *ait, speciem sapientiae, et tamen introspectae sunt inanes, atque interim ista specie cruciant conscientias. Vale feliciter. Augustae, 20. Julii.*

Φίλιππος.

[a] 5 in Text: Scio, aber verbessert unter den Erratis II, 1037. — [b] fere 2. — [c] rursus fehlt 4. — [d] εὐχαριστίας 2. — [e] liceat 2. — [f] ratione 2. — [g] consequitur 4. — [h] λατρείαν 2. — [i] scribere fehlt 2. — [k] me 2.

[1] Mit diesem Brief ging zugleich das Judicium de Missa ab (CR. II, 208), in welchem Melanchthon unter dem Druck der an den Kurfürsten gestellten Forderungen, von seinem Glauben abzustehen, es sogar für möglich fand, die Privatmesse, entsprechend reformirt, vielleicht als Handlung der Danksagung beizubehalten: multi enim cupiunt retinere ceremoniam quotidianam in ecclesia ad exercendum et excitandum populum ad pietatem, quam ad rem valere inprimis existimatur haec ceremonia Missae (p. 214). Bretschneider (p. 208) bezweifelt ohne Grund die Melanchthon'sche Abfassung. Vgl. Schirrmacher 142. 153[2]; Virck l. c. 297. Luther bezieht sich auf dieses judicium in seiner Antwort.

[2] nämlich Nr. 1714 oder Nr. 1718, welchem verloren gegangenen Briefe die der anderen Augsburger beigelegt waren.

[3] Am 15. (Freitags) forderten den Markgrafen Georg von Brandenburg seine Verwandten, der Kurfürst Albrecht von Mainz und der Kurfürst Joachim von Brandenburg, sowie seine Brüder, der Domprobst Friedrich und Markgraf Johann Albrecht, im Namen des Kaisers auf, „S. Gn. wolle von diesem Glauben abstehen und sich des Glaubens halten, wie vor hundert Jahren gewest sei". In dem Fall werde Kais. Maj. sich gegen ihn gnädiglich erzeigen, andernfalls habe er sich keiner Gnade zu versehen (Nürnb. Gesandten am 17., CR. II, 206). Auch zu dem Kurfürsten von Sachsen kamen im Auftrag des Kaisers Herzog Friedrich von Bayern, Graf Heinrich von Nassau, Wilh. v. Roggendorf und Georg Truchseß, und eröffneten ihm, daß der Kaiser die nachgesuchte Bestätigung der Jülich'schen Heirath des Kronprinzen, die Belehnung mit der Kur und das Hochgericht nicht ertheilen werde, „wo S. kf. G. des lutherischen Glaubens und Wesens, deß S. kf. G. die meiste Ursach sei, nicht abstehen wolle" (Nürnb. Ges. l. c.). Die Antwort des Markgrafen vom 19. und die weiteren Verhandlungen am 20. s. Förstem. II, 93. 101. 120; die von Brück verfaßte Antwort des Kurfürsten „Beständige Bekenntniß der christl. Lehre und Glaubens" vom 20., ib. 113 (falsch datirt 21., vgl. auch Nürnb. Ges. am 20., l. c. 216). „Nachdem aber dieß Sachen sein, die Gottes Wort und Ehre und mein Gewissen

und Seelen Seligkeit belangen, und ich die Lehre, so in meinen Landen gepredigt wird, ... fur christlich, recht und fur Gottes reinen und lautern Wort, Ordnung und Befelch halte und glaube, und von niemands das Widerspiel aus der hl. göttl. Schrift bewiesen ist, ... so haben E. Kais. Maj. gnädiglich abzunehmen, wie mir und meinen Mitverwandten vor Gott, E. Kais. Mj. und der ganzen Welt muglich sein wollt, von solcher bekannten Lehre ... ohne erschrecklich und verdamblich Verletzung meiner Gewissen und ohn die größte Gotteslästerung ... dermaßen abzustehen" (S. 115 f.). Vgl. auch Spal.'s Bedenken vom 16. (CR. II, 200), das jedenfalls der Brück'schen Antwort zu Grunde lag.

[4] Wenn Spal. Annal. 147 angibt, diese Schrift sei am Magdalenen-Abend (= 21. Juli) übergeben worden, während Mel. hodie, d. i. 20., sagt, so ist darin zwischen Beiden nicht ein Widerspruch zu erblicken. Die Uebergabe wird für den 20. festgesetzt gewesen sein, der Kurfürst aber dann damit noch einen Tag gezögert haben.

[5] vgl. Nr. 1714. Luther beantwortete jedoch schon vor Ankunft dieses Briefes die Fragen, vgl. Nr. 1724.

[6] Daß das votum als eine promissio Deo facta ein actus latriae sive religionis, vgl. Thom. Aquin. Summ. II, 2. qu. 88. a. 5.

[7] QVID DE EV|CHARISTIA VETERES TVM | Græci, tum Latini senserint, Dialogus, in quo | Epistolae Philippi Melanchthonis & | Ioannis Oecolampadij insertæ. || AVTORE IOANNE OECO|LAMPADIO, ANNO | M. D. XXX. — 14 Bg. in 8.; — steht auch in Oec. et Zw. epp. lbb. IV. Basil. 1536. f. 130—168. Er kam am 17. Juni in die Druckerei des Hervagius in Basel (Zw. opp. VIII, 462; vgl. ferner 450. 460. 471). Auf ihn bezieht sich Zwingli in seinem Bekenntniß vom 3. Juli (vgl. Nr. 1714[3]) als auf eine demnächst erscheinende Schrift (opp. IV, 15). „Die Schrift war geschickt und wohl geeignet, auf Mel. Eindruck zu machen", Plitt, Einl. in d. Apol. 154[1]; vgl. Herrlinger, Theologie Mel.'s 141; besonders auch das Urtheil Bullingers über den Einfluß, den Oec.'s Schrift auf Mel. geübt, bei Strobel, Miscell. V, 228.

[8] 2 Tim. 3, 5.

Veste Coburg. Nr. 1724. 21. Juli 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 14. Juli; beantwortet 27. Juli.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 60[b] (datirt 16. Juli); **2.** daselbst, Aug. 19. 15. f. 237[b] (undatirt); [**3.** Cod. Rostoch. (vgl. Nr. 11); **4.** Cod. Jen. b. f. 72; **5.** Hamburg, Ms. 46. 4⁰. 11; **6.** daselbst, Ms. 91. fol. 273;]

7. Gotha, Cod. A. 401; — gedruckt: 8. Coelestin II, 289[b] (hat als Nachschrift zu diesem Briefe die zum 3. August gehörige Nachschrift); 9. Budd. 164; 10. de Wette IV, 105; 11. Schirrmacher 126 (aus 3). — Deutsch: Walch XVI, 1206.

Gratiam et pacem in Christo. Ex[a] prioribus vestris literis[1], mi Philippe, spem mihi fecistis, die lunae jam praeterita hebdomada[2] vos adversariorum responsum habituros esse[b], mox edicto sequente vos dimissum iri. Quare ego paene securus vos expectavi eadem hebdomada reduces. Nunc istae literae[3] aliud exhibent. Sed de hoc et aliis alias.

[c]Ad disputationem de traditionibus. Causae ceremoniarum quinque a te recte tractantur. Verum ubi nodus est, et tu quaeris, nempe[d] de persona seu[e] efficiente causa traditionum[f], disputatur. Nam de finali facilis est quaestio.

De hoc[g] toto nodo sic sentio[h]. Primum cum sit certum, duas istas administrationes esse distinctas et diversas, nempe ecclesiasticam et politicam, quas mire confudit et miscuit Satan per papatum, nobis hic acriter vigilandum est, nec committendum, ut denuo confundantur, nec ulli cedendum, aut consentiendum, ut confundat[i]. Hoc enim esset furibus et latronibus participare, quia divina est hic autoritas[k], quae praecipit, eas diversas et impermixtas servari, dicens[4]: ‚vos autem non sic'.

Secundo, ex hoc sequitur, quod eadem persona non possit esse episcopus et Princeps, nec[l] simul pastor et paterfamilias. Intelligis hic satis quid[m] velim. Personas impermixtas, sicut et administrationes volo, etiamsi idem homo utramque personam gerere possit, et idem Pomeranus possit esse parochus et oeconomus. Nolo enim episcopos turbare, si qui boni inter eos sunt. Sic Conradus a Thungen idem homo est Dux Franciae et Episcopus Herbipolensis, cum tamen Dux Franciae non possit esse Episcopus Herbipolensis. Haec sic verbose coram te, quia nosti verbum nostrum potissimum etiam[n] has[o] efficientes causas traditionum[p] tractasse, non tantum finales, quas tu numerasti[q].

Tertio, episcopus, ut episcopus, nullam habet potestatem super ecclesiam suam ullius traditionis aut ceremoniae imponendae, nisi consensu ecclesiae vel expresso vel tacito. Quia ecclesia est libera et domina, et episcopi non debent dominari fidei ecclesiarum[5], nec invitas onerare aut opprimere. Sunt enim ministri et oeconomi[6] tantum, non ecclesiae[r] domini. Si autem ecclesia consenserit, ceu unum corpus cum episcopo, possunt super se imponere, quicquid volent, salva pietate, rursus etiam pro arbitrio omittere. Sed[s] hanc potestatem episcopi non quaerunt; volunt dominari, et in suo arbitrio solo omnia retinere[t]. Hoc nobis non est concedendum, nec ullo modo participandum huic iniquitati et injuriae seu oppressioni[u] ecclesiae et veritatis.

Quarto, episcopus ut Princeps multo minus potest super[v] ecclesiam imponere quicquam, quia hoc esset prorsus confundere has duas potestates, et tum vere esset allotrioepiscopus[w] [7], et nos si admitteremus[x], tum[y] essemus paris sacrilegii rei. Ibi[z] potius est moriendum contra hanc impietatem et iniquitatem[a]. Loquor de ecclesia ut ecclesia[b], distincta jam a civitate politica.

Quinto, episcopus ut Princeps potest suis subditis, ut subditis, imponere quicquid visum fuerit, modo pium aut[c] licitum sit, et subditi tenentur obedire. Obediunt enim tunc non ut ecclesia[d], sed ut cives. Est enim et ecclesia persona duplex in eodem homine. Sic Conradus a Thungen praecipiendo suis Francis, ut Dux Franciae, jejunium aut aliud[e] licitum, cogit eos, qui Ducem[f] agnoscunt ad obedientiam, sed non eos, qui Episcopum[g] agnoscunt, scilicet qui sunt sub aliorum Principum dominio, etiamsi sint de Ecclesia Herbipolensi. Sicut Pomeranus cogit suum servum ad oeconomicam suam legem, sed non ecclesiam suam Wittembergensem.

Quod tu de rege Ninive arguis, vides esse edictum mere politicum, non attento, an sit ecclesia vel gentilitas sub ipso. Sic si praeciperet[h] Caesar ge-

neraliter omnibus jejunium, obedient[i] etiam ii, qui sunt[k] ecclesia, quia ecclesia est sub Caesare secundum carnem, sed non obedit ut ecclesia. Idem est de rege Josaphat. Verum de Machabaeis clarum est, quod sua Encaenia non ipsi soli instituerunt[l], sed totus populus[m] uno consensu. Idem consensus potuisset eadem tollere, licet et hic multum fuerit politici[n] statuti, imo totum fere fuerit[o] politicum, dominantibus scilicet Machabaeis, nec tamen sine consensu populi statutum est[p].

Quare neque ecclesiastico nec profano jure possumus episcopis tribuere potestatem super ecclesiam statuendi quicquam, quantumvis[q] licitum et pium, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona[8]. Quod si etiam vi cogere et exigere velint, non debemus obedire aut consentire, sed potius mori pro distinctione servanda istarum administrationum, hoc est pro voluntate et lege Dei, contra impietatem et sacrilegia. Adde, si dixerint (quod tamen non facient) periculo suo se velle nos gravare, et tanquam tyranni a nobis haberi, et exigere ne malo resistamus[9] etc. Resistendum est, nec ullo opere obediendum, sed contrarium faciendum, quia hic[r] non solum fertur malum, sed confirmatur iniquitas et negatur pietas, saltem ipso opere et patientia. Si autem vi manuum cogerent ad jejunandum, scilicet auferendo cibos aut alligando in carcere, hic[s] tuto toleratur[t] malum, nullo consensu operis aut verbi[u] addito[v].

Hic vero mihi cogitationes oriuntur, ne periclitemur fallaciis et fucis eorum, scilicet si praetendant, Caesarem, ut Caesarem, se vero, ut Principes, velle talia statui aut statuta retineri ab ecclesia, non ut ab ecclesia, sed ut a subditis, et[10] hoc praetextu totam illam tyrannidem confusionis resuscitare et confirmare, ac sic ecclesiam nihilominus oppressam et subjectam episcopali potestate[w] habere.

Hic ego sentio, divina autoritate[x] prohiberi, ne illis credamus, quia Christus prohibet impium et peccatorem pro justo agnoscere, nisi manifeste poeni-

tuerit, Matth. 18,17: ‚Si ecclesiam non audierit, sit tibi velut[y] ethnicus et[z] publicanus'. Cum igitur episcopi manifeste sint rei confusae istius[a] tyrannidis et oppressae ecclesiae, non licet eis credere, nisi poenitentia[b] manifesta prius[c] resciderint et damnaverint leges priores et universas res gestas ex confusa tyrannide. Quod si detrectent, clarum est, eos velle impoenitentia et impunitate gaudere, et omnes abominationes suas dolo et fraude restituere, et mentiri, sese[d], ut Principes, seu Caesarem, ut Caesarem, praecipere.

Videamus igitur, quomodo caute ambulemus erga eos, qui[e] pleni sunt omni dolo et fallacia[11] dei sui Satanae, ne aliquos nostrum[f] apprehendant, et postea aculeum et immedicabilem singultum relinquant de ecclesia prodita[g] et reaedificata abominatione.

Posset haec fraus (si omnino per vim obtruderetur) etiam in hoc deprehendi, si Episcopus Herbipolensis non solum praeciperet illis, quorum Dux est, sed simul illis, quorum Episcopus est; sic[h] si Papa praeciperet non solum subditis sui dominii temporalis. Et sic de aliis[i]. Hactenus potestis concedere tuto potestatem traditionum episcopis. Si tum[k] aliquo fuco[l] ecclesia opprimeretur, fieret hoc sine consensu et culpa nostra; atque vellem id eos urgere et exigere, ut more Principum admitterentur cum suis traditionibus, non more episcoporum; sed Satan hoc non faciet, praesentiens laqueum suum in sese retorqueri[m]. Esset tamen bonum pro Duce Georgio, qui hac ratione fieret Episcopus Misnensis et Merseburgensis et Pragensis, scilicet mandaturus nomine suo, ut episcopis tanquam suis jussis obtemperaretur[n]; sed multo melius pro Hassiae Landgravio, qui Moguntino nihil concederet, nisi Amelburgum[o] [?][12] et Frislariam[13]; neque in Thuringia Moguntino[p] quicquam reliquum fieret, nisi Curia espiscopalis Erffordiae[q][14].

Sed haec tu contemnes[r] rudia et rustica. Tamen digna sunt quae tuis curiosis et inutilibus quae-

stionibus respondeantur, cum videas illos nihil minus velle aut posse velle, quam ut profano jure dominentur ecclesiis, aut ut Principes mundi[s] tantum habeantur. Volunt episcopi esse, et nisi hoc vellent, quid essent? quid manerent? Quare velim te paulo quietiore animo esse. Etiam me fatigas ista sollicitudine tua frustranea, ut me paene taedeat ad te scribere, videntem quod[t] nihil efficiam meis verbis. Imperitus sum sermone, sed non scientia[15]. Dominus Christus sit tecum, Amen[u]. Ex Eremo 21. Julii[v] 1530.

T. Martinus Luther[16].

[a] In 8. — [b] + et 8. — [c] Hier beginnt 2. — [d] et tu etc. fehlt 2. — [e] et 2. 8. — [f] traditionum fehlt 8. — [g] hoc fehlt 2. 11. — [h] De hoc etc. fehlt 8. — [i] nec ulli etc. fehlt 8. — [k] est autoritas haec 9. 10. — [l] non 1. 11. — [m] quod 1. 8. 11. — [n] etiam fehlt 2. — [o] + differentias 2. — [p] traditionum fehlt 2. — [q] enumerasti 2. 8. — [r] ſt. ecclesiae: etiam 2. — [s] Si 9. 10. — [t] habere 2. 8. — [u] oppressionis 8—11. — [v] supra 1. 8. 11. — [w] ἀλλοτριοεπίσκοπος 2. — [x] + eum 2. 8—11. — [y] tum fehlt 2. 9. 10. — [z] Hic 2. 8.

(Z. 57.) [a] ſt. contra etc.: quam hanc imp. et iniq. committere 8. — [b] ut ecclesia fehlt 9. 10. — [c] ac 8; et 9. 10. — [d] ut ecclesia fehlt 8. — [e] aliquid 1. — [f] Episcopum 1. — [g] Ducem 1. — [h] praecipiat 8—11. — [i] obediunt 2. 8. — [k] + in 8. — [l] restituerunt 1; instituerint 2. 8. — [m] totius populi 8. — [n] + ordinis vel 1. — [o] fuit 1; fuerit fehlt 9. 10. — [p] est fehlt 9. 10. — [q] quamvis 1. — [r] hoc 1. — [s] hic fehlt 9. 10. — [t] toleretur 2. 8. — [u] verbo 2. 9. 10. — [v] hic tuto etc. fehlt 11. — [w] potestati 8. — [x] + nos 8. — [y] sicut 9. 10. — [z] velut etc. fehlt 2.

(Z. 117.) [a] ipsius 11. — [b] + quadam 8. — [c] primum 2. 9. 10. — [d] se 9. 10. — [e] quia 8—10. — [f] ne aliquo fuco nos 2. — [g] perdita 9. 10. — [h] sed 1. — [i] ſt. Et sic etc.: etc. 9. 10. — [k] tantum 9. 10. — [l] facto 2; pacto 8. — [m] detorqueri 8. — [n] obtemperetur 1. 11. — [o] Hammelburgum 1. 8. 11. — [p] Moguntino fehlt 1. 9. 10. — [q] Erphordiensis 2. 8. — [r] contemnis 2. 8. 9. 10. — [s] mundani 2. — [t] quam 8. 11. — [u] ſt. Dominus etc.: Vale 2. — [v] 16. Julii 1; ohne Datum 2.

[1] Nr. 1702. — [2] d. i. am 11. Juli (vgl. Nr. 1702[1]). — [3] Nr. 1714. — [4] Luc. 22, 26. — [5] 2 Cor. 1, 24; 1 Petr. 5, 3. — [6] 1 Cor. 4, 1. — [7] 1 Petr. 4, 15. — [8] Röm. 3, 8. — [9] Matth. 5, 39.

[10] Es ist nicht nöthig, mit de W. hier zu suppliren: si velint; auch das Folgende hängt noch von praetendant ab.

[11] Apostelgesch. 13, 10.

[12] Luther (vielleicht auch bloß der Abschreiber) verwechselt hier Amöneburg bei Marburg, welches Mainzisch war, mit Hammelburg in Franken, welches der Abtei Fulda gehörte.

[13] Auch Fritzlar gehörte schon seit dem 11. Jahrh. zum Erzstift Mainz.

[14] Erfurt hatte, ohne gerade freie Reichsstadt zu sein, doch eine gewisse, durch Verträge mit dem Kurfürstenth. Sachsen ge- Unabhängigkeit von dem Mainzer Erzbisthum, zu dessen

Kirchensprengel und weltlicher Gerichtsbarkeit zwar die Stadt gehörte, Mainz besaß aber in Wirklichkeit eigentlich nur das Domstift. — [15] 2 Cor. 11, 6.

[16] Am 4. Aug. schickte Brenz diesen Brief an Isenmann in Schwäbisch-Hall, vgl. CR. II, 246.

Veste Coburg. Nr. 1725. 21. Juli 1530.

Luther an Just. Jonas.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 67; **2.** Kopenhagen, Ms. 1393. f. 307; [**3.** Cod. Rostoch. (vgl. Nr. 9); **4.** Gotha, Cod. 451; **5.** Jen. b. f. 194]; — Drucke: **6.** Coelestin II, 233[b] (undatirt); **7.** Budd. 169; **8.** de Wette IV, 109; **9.** Schirrmacher 134 (aus 3). — Deutsch: Chyträus 95 (unvollständig); Walch XVI, 2843.

Gratiam et pacem in Christo. Fascem et fasces literarum accepimus[1], optime Jona; evigilastis[a] semel. Philippus praeterea artificiose excusat[2] vos, fassos[b] vinci a me officio scribendi; sed facile est hominem neque rhetoricum neque dialecticum istis[c] artibus fallere, qualis ego sum. Falsus vero[d] sum spe mea, qui vos adventare cogitabam[3], edicto Caesaris jamdudum verberatos. Sed nunc video, quid voluerint istae postulationes, an plus articulorum haberetis offerendum[e][4]. Scilicet[f] Satan adhuc vivit, et bene sensit Apologiam vestram leise treten[g][5] et[h] dissimulasse articulos de purgatorio, de[i] sanctorum cultu, et maxime de antichristo Papa[6]. Miserum vero Caesarem, si ista Comitia instituit audiendis antilogiis Lutheri[7], quasi non satis habeant respondendo[k] ad ipsam praesentem Apologiam. Et istis ranis sic patere aditum cum suis coaxitatibus[l], serio me urit in[m] tanto causarum maximarum negotio, ut etiam in summo otio non debuerit illis[n] id licere[o]. Sed fiunt[p] haec, ut sim propheta verax, qui semper dixi[8], frustra laborari et sperari concordiam doctrinae, satis esse, si pacem politicam possimus obtinere.

S. D. Hodie putaverunt confutationem τῆς ἐξομολογήσεως ἡμετέρας *publicandam esse, sed rumor falsus fuit*[1]. *Non existimant tamen diutius dilaturos esse eam publicationem. Postea*[a] *ajunt secutura esse horribilia edicta. Quamquam autem certi nihil habeamus*[b], *tamen multae sunt conjecturae, propter quas facile persuadeor nihil aequi nos impetraturos esse*[c]. *Tu tamen orare Christum pergito, ut flectat animum Caesaris ad pacem. Quidam significant appellationem ad synodum non obfuturam nobis; sed post paucos dies omnia sciemus. Ego tussi odiosissima laboro, quam ex paucarum noctium insomnia contraxi. Caetera narrabit Caspar Aquila*[2], *qui redit honorifice hic tractatus et*[d] *ab amicis*[3] *et ab ipso Episcopo Augustano*[4]. *Hodie*[e] *in senatu Principum nihil dissimulans legit Augustanus*[f] *tuam ad Moguntinum*[g] παράκλησιν[5]. *Constantissime propugnat nos, sed quantum proficiat non video. Vale, 30. Julii.*

Φίλιππος.

[a] esse. Eam publ. postea 2—5. — [b] habemus 2—5. — [c] esse fehlt 2—5. — [d] redit. Honorif. hic tractatus est et 2—5. — [e] Augustano, qui hodie 5. — [f] Augustanus fehlt 2—5. — [g] ad Mog. fehlt 2—5.

[1] Ueber den Stand der Confutationsarbeit am 30. vgl. Ficker, S. LXXXII. Man war mit der Anfertigung der Reinschrift beschäftigt.

[2] vgl. Nr. 1624[7]. — [3] amici wohl die Verwandten Aquila's.

[4] der ihn s. Z. gefangen gesetzt, vgl. Nr. 1403[1].

[5] Es ist Nr. 1700 gemeint. Da Coelest. die Worte ad Mog. nicht hat, bezieht er die παράκλησις auf Luthers Vermahnung an die Geistlichen zu Augsburg versammelt, dem Seckend. II, 188[a] folgt.

Veste Coburg. Nr. 1735. 31. Juli 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 25. und 26. Juli.

Handschriftlich: 1. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 72; — Drucke: 2. Coelest. II, 197 (s. d.); 3. Budd. 112 (s. d.); 4. Schütze II, 158 (nach 1); 5. de Wette IV, 115. — Deutsch: Walch XVI, 1067.

M. Philippo, confessori Christi, martyri vero, Melanchthoni, fratri suo charissimo.[a]

Gratiam et pacem in nostro Domino[b]. Nihil erat, quod scriberem, mi Philippe, nisi quod nuntium seu vecturam hanc ferinarum nolui sine literis abire[c]. Cogito autem[d] vos cum daemonibus hac hebdomada praeterita[e] acriter luctatos esse, atque hanc suspicor esse causam, cur Wellerus[1] et Schosseri nuntius a vobis nondum redierunt[f]. Ego vobiscum fide et spiritu sum, quantum possum. Sed credo, infirmum illum Christum magis adesse vobis, sicut eum[g] oro suspiriis et verbis, quibus ipse jussit[h] et dedit. Det Dominus, ut in statu causae[i] perseveretis, nec ad mutua crimina descendatis. Nam hoc adversarios arbitror agere, causae[k] minus fidentes. Quis vero finis erit, si papae in Deum et politiam portenta tegere[l] coeperitis? Sed tu haec dono Dei melius praecavere[m] nosti.

De mea valetudine nihil cures; incerta[n] est, sed quia sentio, non naturae morbum esse, fortius fero, et[o] contemno angeli Satanae colaphos[2] istos carnis

meae. Si legere et scribere non licet, at licet cogitare, orare, et etiam sic in eum debacchari; deinde dormire, otiari, lusitare[3] et cantillare. Tantum, mi Philippe, tu vide[p], ne te sic maceres in ista causa, quae in manu non est tua, sed ejus, qui major est, quam ille in mundo[4], et de cujus[q] manu nemo[r] rapiet[5]. Ne sinamus illum[s] frustra dicere[6]: ‚Sic[t] dabit dilectis suis per somnum', et[7] ‚jacta super Dominum curam tuam', qui mortuos vivificat, et consolator humilium et medicus contritorum cordium est, Deus totius consolationis[8], in cujus sinum et ulnas vos omnes commendo, sicut[u] ipse vos[v] vocavit et suscepit in confessionem gloriae suae[w]. Ex arce daemonibus plena, sed ubi Christus dominatur in medio inimicorum suorum[x][9]. Ultima Julii 1530[y].

T. Martinus Luther.

[a] Adresse nur bei 2. 3. — [b] in Christo 2. 3. — [c] Nihil erat etc. fehlt 2. 3. — [d] autem fehlt 2. 3. — [e] praeterita fehlt 4. 5. — [f] atque hanc etc. fehlt 2. 3. — [g] enim 3. — [h] misit 2 (aber in der Correctur in jussit verändert). 3. — [i] † suae 3. — [k] 5 gibt an, 2. 3 hätten † sane, was aber nicht der Fall ist. — [l] regere 1. 4. — [m] praecaveri 1. — [n] † quidem 4. 5. — [o] et fehlt 1. — [p] Tantum tu, Philippe, vide 2. 3. — [q] ejus 2. 3. — [r] nemo fehlt 2, bei 3 nur am Rand. — [s] eum 4. 5. — [t] Sic fehlt 4. 5. — [u] sicut fehlt 2. 3. — [v] nos 2. 3. — [w] † Saluta omnes et singulos in Domino 4. 5. — [x] † Vale 2. 3. — [y] Ultima etc. fehlt 2. 3; Ultimo 4.

[1] Weller hatte am 27. Augsburg verlassen, vgl. Nr. 1732.
[2] 2 Cor. 12, 7.
[3] besonders Armbrustschießen; Mathes. 7. Pred.: „wie er auch zu Coburg mit M. V. Dietrich zum Ziel schoß, und auf eine Zeit einer Fledermaus Herz mit seinem Bölzlein aus dem Bruch zog".
[4] 1 Joh. 4, 4. — [5] Joh. 10, 29. — [6] Ps. 127, 2. — [7] Ps. 55, 23. — [8] 2 Cor. 1, 3. — [9] Ps. 110, 5.

Nr. 1735[a].

Kolbe, Analect. 143, gibt hier nach einer Abschrift Aurifabers im Wolfenbütteler Cod. 42. f. 235[b] einen Brief Melanchthons an Luther? als vom Ende Juli, der im betr. Cod. sich noch einmal, f. 182[b], als an Caspar Müller gerichtet findet. Der Brief ist schon, wie auch Kolbe angibt, im CR. II, 218, als vom 20. Juli an einen Unbekannten, aus dem Cod. Goth. 190. p. 6 gedruckt, und befindet sich auch in dem von uns schon öfter angeführten Cod. Nebel, ebenfalls ohne Adressaten. Kolbe 143[2] meint, der Adressat sei wohl nicht mehr zu ermitteln, worin

wir ihm beistimmen; wir sind aber zugleich der Ansicht, daß der Brief keinenfalls an Luther gerichtet gewesen sei. Vom 20. Juli kann der Brief nicht sein, da wir von diesem Tage bereits ein anderes Schreiben Melanchthons an Luther haben, mit welchem dieses Schreiben inhaltlich vielfach und in einem Satze sogar fast wörtlich übereinstimmt (De nostra causa nihil adhuc decretum, vgl. Nr. 1723, Z. 4). Für Ende Juli aber haben wir eine so reichliche Reihe Melanchthon'scher Briefe an Luther: 20. 27. 28. 30. Juli, daß kein Brief zu fehlen scheint. Außerdem erscheint es unwahrscheinlich, daß gerade bei einem Briefe an Luther die Abschreiber den Adressaten sollten ausgelassen und dafür N. N. gesetzt haben. Wir nehmen aus diesen Gründen den Brief nicht in unsere Sammlung auf.

Nr. 1736.

(Veste Coburg.) (Zweite Hälfte Juli 1530.)[1]

Luther an Lazar. Spengler in Nürnberg.

Widmet ihm seine Schrift „Eine Predigt, daß man Kinder zur Schule halten soll".

Gedruckt: Erl.[2] 17, 378 (woselbst auch Verzeichniß der ersten Drucke), nochmals 54, 183, Nr. 330, mit Verweisung auf Erl.[1] 20, 1 (= [2], 17, 378).

[1] über die Abfassungszeit vgl. Erl.[2] 17, 377.

[2] Erl.[2] 17, 379, Z. 30. eine solche feine, herrliche Schule] Luther meint das am 6. Mai 1526 von Melanchthon eingeweihte Nürnberger Gymnasium, an welchem Lehrer wie Camerarius, der Dichter Eoban Hessus, Michael Roting u. A. wirkten; vgl. Roth, Rfgsch. v. Nürnb. 215 ff.

(Veste Coburg.) **Nr. 1737.** (Juli ?) 1530.[1]

Luther an Hieronymus Weller in Wittenberg.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 105 (datirt 6. November); [**2.** Cod. Rostoch. (vgl. Schirrm. 381; s. d.); **3.** Gotha, Cod. 432]; — Drucke: **4.** [Welleri opp. p. 208 (s. d. 1546);] **5.** Annales literarii Helmstadiens. 1784. V. I, p. 481 (nach einer Wolfenb. Handschrift; s. d.); **6.** Schütze II, 197; **7.** de Wette IV, 186 (datirt 6. November). Ein Stück des Briefs Z. 38—45 gibt Seckend. I, p. 19 als aus einer epistola Ms.

Gratiam et pacem in Christo. Mi charissime Hieronyme, statuere debes, hanc tentationem tuam esse a diabolo, et ideo te vexari[a] sic, quia credis in Christum. Vides enim, quam securos et laetos esse sinit hostes infensissimos[b] evangelii, ut puta Eccium, Zwinglium et alios[c]. Oportet nos diabolum habere adversarium et hostem, omnes qui sumus christiani, quemadmodum Petrus inquit: ‚Adversarius vester Diabolus circumit' etc.[3] Optime Hieronyme, debes gaudere ista tentatione diaboli, quia certum signum est, te propitium et misericordem habere Deum. Dices: tentatio illa gravior est, quam ut ferre possis, et vereris, ne te sic frangat et opprimat, ut in desperationem et blasphemiam incidas. Novi hanc technam diaboli: si quem primo impetu tentationis non potest frangere, eum assiduitate conatur fatigare et debilitare, ut cadat[d] et se victum esse fateatur. Proinde quoties tibi tentatio ista acciderit, caveas, ne disputationem cum[e] diabolo instituas, aut cogitationibus istis mortiferis indulgeas. Hoc enim nihil est aliud, quam cedere[ee] diabolo et succumbere. Sed operam dabis, ut fortissime istas cogitationes immissas a diabolo contemnas. Contemptus in hoc genere tentationis et[f] pugnae est optima et facillima ratio vincendi diabolum, et fac rideas adversarium et quaeras, quocum confabuleris[g]. Solitudinem modis omnibus fugito, tum enim potissimum te captat[h] et insidiatur, cum es solus. Ludendo et contemnendo hic diabolus vincitur, non resistendo et disputando. Miscebis igitur joca et ludos cum uxore mea et caeteris, quo cogitationes illas diabolicas fallas et[i] bono fac sis animo, mi Hieronyme. Haec tentatio magis tibi est necessaria, quam cibus et potus. Volo tibi commemorare, quid mihi olim, cum essem hac aetate fere, qua tu nunc es, acciderit. Cum primum in monasterium essem profectus, evenit, ut semper[k] tristis et moestus incederem, nec poteram tristitiam illam[l] deponere. Quapropter consulebam et confitebar Doctori Staupitio, cujus viri libenter facio men-

tionem, eique aperiebam, quam horrendas et terrificas[m] cogitationes haberem. Tum ille: Nescis, Martine, quam tibi illa tentatio sit utilis et necessaria; non enim temere te sic exercet Deus, videbis, quod ad res magnas gerendas te ministro utetur. Aeque[n] ita accidit. Nam ego magnus (licet enim hoc mihi de me[o] jure praedicare) factus sum doctor, quod quidem tum, cum hanc tentationem patiebar, numquam credidissem futurum. Sic et tibi procul dubio eveniet[p]: tu vir magnus evades; videbis modo, ut interim[q] bono et forti sis animo, et fac tibi persuadeas, istiusmodi voces, quae sic doctis praesertim[r] et magnis hominibus excidunt, non carere oraculo et divinatione. Memini olim virum quendam, quem consolabar, eo quod amiserat filium, mihi dicere: videbis[s], Martine, quod vir magnus evades. Hujus dicti saepissime memini, habent enim hujusmodi voces, ut dixi, aliquid divinationis et oraculi[t]. Proinde bono ac forti fac sis animo, et cogitationes istas immanissimas[u] prorsus ejice. Et quoties istis cogitationibus[v] te vexaverit diabolus, illico quaere confabulationem hominum, aut largius bibe, aut jocare, nugare[w], aut aliquid aliud hilarius facito. Est nonnumquam largius bibendum, ludendum, nugandum, atque adeo peccatum aliquod faciendum in odium et contemptum diaboli, ne quid loci relinquamus illi, ut conscientiam nobis faciat de rebus levissimis; alioqui vincimur, si nimis anxie curaverimus, ne quid peccemus. Proinde si quando dixerit diabolus: noli bibere; tu sic fac illi respondeas: atqui ob eam causam maxime bibam, quod tu prohibes, atque adeo largius[x] bibam. Sic semper contraria facienda sunt eorum, quae Satan vetat[y]. Quid causae aliud esse censes, quod[z] ego sic meracius bibam, liberius confabuler, comesser saepius, quam ut ludam diabolum ac vexem, qui me vexare et ludere paraverat. Utinam possem aliquid insigne peccati designare modo ad eludendum diabolum, ut intelligeret, me nullum peccatum agnoscere ac me

nullius peccati mihi esse conscium. Omnino totus decalogus amovendus[a] est nobis ex oculis et animo, nobis, inquam, quos sic petit ac[b] vexat diabolus[3]. Quodsi quando diabolus nobis objecerit nostra peccata, ac reos egerit mortis et inferni, tunc[c] sic debemus dicere: fateor quidem, me reum esse mortis ac[d] inferni, quid tum postea? Ergo etiam in aeternum[e] condemnaberis? minime, novi enim quendam, qui passus est pro me ac satisfecit, et vocatur Jesus Christus, Dei filius. Ubi is manebit, manebo et ego[f].

T. Martinus Luther.

[a] vexare 1. 2. — [b] infestissimos 1. 3. 4. — [c] ſt. et alios: etc. 1. 5; alios etc. 2. — [d] cedat 2. 3. 4; perdatur 5. — [e] in 6. — [ee] ? ſo wird ſt. credere zu leſen ſein. — [f] tentationis et fehlt 5. — [g] fabuleris 1. 2; confabularis 6. 7. — [h] ſt. te captat: de captat 3. 4. 6. 7. — [i] ac 5. — [k] † essem 2. — [l] istam 1. — [m] terriferas 1. 2. 4. — [n] Atque 1—4. — [o] me fehlt 5. — [p] accidet 2. — [q] interea 6. 7. — [r] praesertim fehlt 5. — [s] vides 1. 6. 7. — [t] Memini etc. fehlt 5. — [u] inanissimas 3. 6. 7. — [v] cogitationibus fehlt 5. — [w] nugare fehlt 5. — [x] † in nomine Jesu Christi 6. 7. — [y] vitat 3. 4. — [z] quo 1—4. 6. — [a] amovendus fehlt 5. — [b] et 1. 5. — [c] tum 5. — [d] et 5. — [e] etiam fehlt 1. 2; etiam in aeternum fehlt 5. — [f] † 6. Novembr. MDXXX. 6. 7.

[1] Der Brief iſt ähnlichen Inhalts wie Nr. 1663. Bereits Köſtlin[2] II, 654 ad 214[3] machte darauf aufmerkſam, daß der Brief nicht erſt am 6. November, ſondern zu einer Zeit geſchrieben ſein müſſe, da Weller bei Luthers Frau in Wittenberg, Luther aber abweſend war. Vollends iſt das Jahr 1546, welches 4 angibt, falſch, da Weller damals kein Jüngling mehr war. Wir ſetzen mit Kolbe, Luth. II, 592 ad 339 den Brief in den Sommer, da er vor dem Brief vom 15. Auguſt geſchrieben ſein muß. Vielleicht gab ihn Luther dem Ende Juli von Augsburg nach Wittenberg zurückkehrenden Bruder Peter Weller mit. — [2] 1 Petr. 5, 8. — [3] vgl. dazu TR. 1594.

Veſte Coburg. Nr. 1738. 1. [Auguſt] 1530.[1]

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 27. Juli.

Drucke: **1.** Schütze II, 205 (s. d.); **2.** [Beeſenmeyer, kleine Beiträge zur Geſch. des Reichstags zu Augsburg. 1830. S. 38]; **3.** de Wette IV, 120; **4.** nochmals VI, 115 (nach 2).

Gratiam et pacem in Christo nostro. Non potui prolixe scribere, mi Philippe, sic me capitis imbe-

cillitas captivum tenet, ut neque tuto legere literas possim, neque lucem ferre. Nihil est, quod fingis[a], me non curare valetudinem, ut in[b] literis a Petro Wellero allatis me culpatis[2]. Prorsus hic otior, nisi cogitationum luctae[c] aliquid[d] causentur, quibus tamen puto me potius recreari. Sathanae angelus est, qui me sic colaphisat[e][3]. Sed cum tot mortes pro Christo tulerim, feram etiam hunc pro ipso capitis[f] morbum vel sabbathum. De traditionibus et finis quaestionibus[g][4] tuis alias, cum potero. Interim saluta omnes, et sperate in Domino. Ex Eremo, prima [Augusti][h] 1530.

[a] fingitis 1. — [b] ex 2–4. — [c] luctum 1. — [d] alique id 4. — [e] Sathanae angelus me quidem colaphisat 1. — [f] capitis fehlt 1. — [g] ? nach der Conjectur Knaake's bei Köstlin II, 657 ad 233, 1 für das sinnlose fici sectionibns bei 2–4. Andere Conjecturen sind: finalibus causis (Köstlin, 1. Aufl. II, 630 ad 230, 1); fidei fictionibus (de Wette VI, 115* und 554, Note 6); officii sectionibus (de W. VI, 115*). 1 hat et sermonibus. — [h] Julii 2–4, jedoch wird von 3 der Brief auf 1. oder 2. August gestellt.

[1] Daß dieser Brief nicht am 1. Juli geschrieben sein kann, ergibt sich aus der Erwähnung des von Pet. Weller mitgebrachten Briefs, der am 31. Juli noch nicht zurückgekehrt war (vgl. Nr. 1735).

[2] Nr. 1730. — [3] 2 Cor. 12, 7.

[4] Beesenmeyer bemerkt zu fici sectionibus: „Dieß verstehe ich nicht recht. Hatte Melanchthon Luthern gegen sein Kopfweh Feigenschnitze aufzulegen gerathen?" (de W. VI, 115*). Aber Luther will offenbar hier sagen, daß er die Antwort auf die vorgelegten Fragen seines Kopfwehes wegen auf andere Zeit verschiebe; er gab diese Antwort dann am 3. August.

Veste Coburg. Nr. 1739. 3. August 1530.

Luther an Just. Jonas in Augsburg.

Drucke: 1. Schütze II, 160; 2. de Wette IV, 121.

Gratiam et pacem in Christo. Venit hic meo jussu nepos meus Cyriacus[1], optime Jona, quaesiturus in isto theatro Hans von Jhene[2]. Dabis operam, si forte possit eum invenire. Nolui committere, ut adolescens in tam vicino loco versatus, domum rediret, non visis istis pompis, ut sit, quod narrare in posterum valeat, quandoquidem Germani histo-

riarum scribendarum sunt negligentes. Petrus Weller narravit nobis, in quanto agatis otio. Hem! non commentatur (inquam) psalmum: ‚Beati omnes'?[3] Nescio, ait. Vide, mi Jona, quid facias. Ego te moneo, ut capite utare, dum licet et tempus habes, ne calculo vindice postea non possis. Ego quoque otio et tempore nunc abundo. Sed iis uti non permittit capitis mei imbecillitas, forte et hoc aliqua priore culpa meritus. Hactenus tulerim tuam istam negligentiam et incuriam, interpretatus diligentiam in scribendis literis ad me copiose satis, de quo gratias ago. Verum promissum quoque commentarium postulo, ut et tu non redeas domum ex Augusta vacuus, alioqui ipse commentabor, sed non sine tui nominis detrimento. Habeo in manibus Psalmum 117: ‚Laudate Dominum omnes gentes'[4], verbositatem meam in illo tentaturus. Nam vertendi Prophetas opus coactus sum ponere. Hoseam tantum absolvi, furtivis horis et raptis intervallis lucidis, Ezechielem interrumpere persuasus ab ipsa quoque molestia. Saluta mihi omnes nostros in Domino. Buceri et suorum technas mihi placere et antea[5] scripsi, ut confundantur, qui filium Dei confundunt et blasphemant. De Campano laetus audivi, quae scripsit Philippus[6]. Quid porro de Carlstadio habetis[7], mihi quoque communicate. Dominus vobiscum, Amen. Ex Eremo, ubi jam dudum sunt comitia monedularum[8] finita, etiam bella gesta ex magna parte, tanto celeriora vestris comitiis, quae nec dum satis inceperunt. Data 3. die Augusti 1530.

T. Martinus Luther.

[1] Cyriacus Kaufmann, der Sohn der Schwester Luthers, vgl. Nr. 1600[2]; 1626[3].

[2] Unter der Thurmuhr des Rathhauses von Jena befindet sich ein Menschenkopf aus Holz, der, so oft die Uhr schlägt, das Maul weit aufthut und nach einem Apfel schnappt, den ihm ein Engel auf der Spitze eines Stabes vorhält, aber immer wieder wegnimmt. Dieser Kopf, Hans von Jena oder auch Schnapphans genannt, ist das Wahrzeichen der Stadt. Der

Name des Baumeisters, Hans von Thüringen, um 1460, soll sich in der Benennung dieses Kopfes erhalten haben. Nach Anderen soll jedoch dieses Kunstwerk erst nach der Reformationszeit aufgestellt worden sein. So viel ist sicher, daß Hans von Jena sprichwörtlich geworden ist (ein Lieblingsausdruck Luthers, in den Briefen öfters vorkommend, außerdem Erl.[2] 6, 141; 26, 171), wobei ein Wortspiel zwischen Jena und Gähnen stattgefunden hat, es bezeichnet einen Menschen, der immer Maulaffen feil hat und Alles sehen und hören will, was ihn nichts angeht. Vgl. (Vulpius) Curiosf. VI, 229; VII, 524; Anz. f. Kunde des deutschen Mittelalters 1833. Sp. 259; (Weber) Deutschl., Stuttg. 1828, Bd. III, 207; Leipz. Illustrirte Ztg. Nr. 709 (woselbst auch Bild); J. K. S[eidemann] in Arch. f. sächs. Gsch. 1863. Bd. I, 238; de W.-Seid. VI, 669.

[3] Pf. 128. Luther hat selbst diesen Psalm in Coburg ausgelegt, V. Dietrich ihn aufgezeichnet, er erschien aber erst mit den anderen in Coburg ausgelegten Psalmen 1559, herausgegeben von den Söhnen V. Dietrichs; vgl. Luth. opp. lat. ed. Erl. XVII, 264; deutsch: 38, 320.

[4] Erl. 40, 280. — [5] vgl. Nr. 1725[13].

[6] Nicht an Luther selbst, sondern an V. Dietrich hatte Mel. am 28. Juli geschrieben (CR. II, 228, falsch datirt 26. Juli): Hodie rescivi ex Othone Beckman [vgl. Nr. 31[2]; als Gesandter des Bisch. von Osnabrück auf dem Reichstag, vgl. Förstemann, Urkb. II, 380], ... Campanum illum nostrum, qui nova dogmata Torgam ante nostrum discessum attulerat [vgl. Nr. 1614[4]], captum esse a Leodiensi Fiscali, putant et ultimo supplicio affectum esse; sed hoc postremum nondum certo scitur. [Wir wissen nicht, was an dem Gerücht von seiner Gefangennehmung wahr war, hingerichtet wurde er nicht, da er erst 1574 starb.] Hoc dicas Doctori.

[7] Carlstadt war damals in Zürich, wo er als Diaconus am Spital angestellt worden war (Jäger, Carlst. 502).

[8] vgl. Nr. 1624.

Veste Coburg. Nr. 1740. 3. August[1] 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 27. Juli.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 74[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 114[b]; **3.** Dresden, C. 140, p. 75; [**4.** Cod. Ratzenb. (vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 344, ohne die Nachschrift); **5.** Hamburg, Ms. 46. 4°. 17]; die Nachschrift allein: **6.** Wolfenbüttel, Aug. 30. 3. f. 192; **7.** Gotha, A. 1048. f. 131; [**8.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 184]; — Drucke: **9.** Flacius, Bl. A_8^b, die Nachschrift: Bl. B_3^b; **10.** Coelestin II, 292, die Nachschrift II, 291 als Anhang

zum Brief vom 21. Juli; **11.** Budd. 175; **12.** de Wette IV, 122. — Deutsch: Wittenb. IX, 430b; Jen. V, 61 (al. 117); Altenb. V, 244; Leipz. XX, 88; Walch XVI, 1213; Chytr. 112b, ohne die Nachschrift; Wilhelmi a Vallo II, b. S. 145 (mit dem Datum 31. Juli).

Magistro Philippo, confessori Christi, martyri vero Melanchthoni, fratri charissimo.[a]

Gratiam et pacem. Jam tertio vel quarto de traditionibus mihi scribis, mi Philippe, et vel ego te non intelligo, vel tu disputas de impossibili, scilicet an Bernhardus jam recte sentiens possit sibi certam observationem eligere et dicere: hoc sit cultus Dei, gloria et laus Dei, vel pro gratiis agendis Deo. Est plane casus impossibilis, manifestam implicans contradictionem. Nam dicere: hoc esto cultus Dei vel λατρεία[b], non est Bernhardi, sed unius et solius Dei. Quare Bernhardus recte sentiens nunquam poterit dicere: hoc sit cultus Dei[c], aut desinet recte sentire. Quid enim hoc esset aliud, quam se extollere supra Deum et σεβάσματα[2] cuncta[d]? Et quid aliud prohibet primum praeceptum et universi prophetae, quam ejusmodi cultus operum? Nam sint sane finales causae prorsus divinae, nedum licitae, tamen hoc additamento: sit cultus Dei, per hominem[e] fiunt summae blasphemiae et sacrilegia, quasi scilicet homo velit Deum facere, aut docere, qua ratione colendus sit. Quare (ut tu dicis) tale opus non est cultus, sed exercitium. Ita et ego sentio. Imo certo scio, sine illo additamento esse solum exercitium, et cum additamento esse[f] idololatriam[g]. Hoc volo, cum de efficiente causa loquor. Nam si efficiens causa non est, finalis causa necessario est chimaera. Cogis itaque me mirari et prorsus dubitare, an te intelligam, qui efficientem sic rejicis et finalem urges[h]. Ego plus dico: illud ipsum electitium opus Bernhardi, etiam sine additamento, ipsa sua singularitate esse[i] periculosum et scandalo paene simile, quasi non jam satis omnia nostra generali Dei praecepto sint in cultum Dei ordinata, ut in gloriam et lau-

dem[k] Dei omnia faciamus, dicamus, feramus, vivamus[l], nisi ille[m] singularis Sanctus veniat cum suo electitio opere, sine omni necessitate, sine verbo Dei, et nobis spectaculum praebeat, quasi melius quiddam ostensurus quam caetera, quae jam statuta divinitus habemus, cum his nec simile quicquam possit nec debeat censeri, quicquid homo excogitarit. Tu videris, an te recte intellexerim, aliter jam cogitare ex[n] tuis verbis non potui. Dominus faciat vos brevi reduces[o]. Saluta omnes nostros. Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen. Ex Eremo Coburg[p], 3. Augusti[q] 1530[r].

T. Martinus Luther.

Mein Kopf ist eigensinnig, ut dicitis[s], sed mihi[t] jam est eigensinnigissimum[u], quod sic me invitum Satan[v] cogit feriari et tempus perdere[w].

De legibus difficillima omnium[x] quaestio, a multis varie tentata[y], a nemine[z] unquam expedita[a]. Hoc facit, primum imperfecta notitia spiritus, deinde malitia humana[b].

In ecclesia deest causa legis[c]

1. Efficiens[d], quia nullus[e] habet jus.
2. Finalis, quia omnia jam sunt praecepta[f] statuta, quae pia, licita, honesta et[g] ad salutem necessaria sunt[h].
3. Materialis[i], quia res et externa mundi bona non sunt ecclesiae, sed spiritualia et aeterna[k].
4. Formalis, quia melius et aptius nihil potest ordinari verbo Dei, quod in pondere, mensura, numero[1], ordine omnia[m] posuit[3], ut fides, charitas, crux, decalogus, praecepta, promissiones.

Imo ratio non capit causas formales, sicut[n] neque materiales, neque efficientes[o] aut finales[p] in ecclesia.

1. Finalis causa legum in ecclesia debet esse vita aeterna.
2. Materialis, peccatum et peccator justificandus et[q] credens et justitia coram Deo[r].
3. Efficiens, dominus vitae aeternae.
4. Formalis[s], verbum vocale in spiritu doctum, conceptum[t], non[u] tantum in charta et[v] voce signatum.

Quia quid est lex ecclesiae[w]? Est[x] verbum[y] spiritu creditum ad vitam aeternam, a Deo traditum. Sed haec non congruunt legibus externis. Tit. 1, 1. 2[z] Doctrina pia fidei electorum in spem[a] vitae aeternae a Deo non mendace promissa[b].

[a] Vollständige Adresse nur bei 3. — [b] latria 1. 8. 11. — [c] Quare etc. fehlt 1. — [d] et σεβ. cuncta fehlt 1. — [e] homines 3. — [f] solum exercitium etc. fehlt 1. — [g] idolatriam 2. 4. 9. 11. — [h] qui efficientem rejicias et finalem urgeas 11, die obige Lesart bei 11 am Rande. — [i] est 2. 10. — [k] et laudem fehlt 10. — [l] vincamus 4. — [m] illi 2. 9. — [n] ex 11. 12. — [o] † Vale 10. — [p] Coburg fehlt 1. 2. 9. 10; Gruboco 4. — [q] in Augustini die 4. — [r] Saluta etc. fehlt 3; bei 4 und 10 erst nach perdere, Z. 50. — [s] dicitur 10. — [t] mihi fehlt 10. — [u] eigensinnissimum 10. — [v] Satan fehlt 3. 10. — [w] Mein Kopf ꝛc. fehlt 1. — [x] omnium fehlt 6. — [y] † et 1. — [z] sed a nullo 11. 12.

(Z. 52.) [a] † est 10. — [b] hominum 3. Den ganzen Absatz De legibus etc. stellen 11 und 12 erst an den Schluß. — [c] legum 11. 12, welche den Satz als Ueberschrift haben. — [d] † deest causa 11. 12. — [e] nullum 1. — [f] † et 11. 12; vel 3. 7; atque 6. — [g] et fehlt 2. 3. 7. 9. — [h] † nec est ullus alius finis 11. 12. — [i] † deest 11. 12. — [k] res externa et corporalis, ecclesiae vero spiritualis et aeterna 6. — [l] modo 7; † et 11. 12. — [m] omnia fehlt 8. — [n] sicut fehlt 7. — [o] efficientem 11. 12. — [p] finalem 11. 12, aber auch 1. 2. 3. 6. — [q] et fehlt 11. 12. — [r] et justitia etc. fehlt 6. — [s] † causa est 11. 12. — [t] conceptum fehlt 10. — [u] nec 7. — [v] sed 7; aut 10. 11. 12. — [w] Quia etc. fehlt 6. — [x] Lex est 6. — [y] † in 7. — [z] Das Citat überall falsch, theils Tit. 2, theils Tit 3.

(Z. 83.) [a] spe 8. — [b] promissae 3; st. pia etc.: etc. 6; † Haec Lutherus 11.

[1] Die Zeitangabe bei 4: in die Augustini (= 28. August) beruht auf einem Versehen des Abschreibers, der wahrscheinlich die 3 für ein S ansah und deßhalb Augustini lesen zu müssen glaubte, das S aber ausließ. Der Brief kann, schon in Berücksichtigung von Nr. 1740, nicht später als am 3. August abgefaßt sein. — Luther hat wohl diesen Brief, wie auch die vorigen, seinem Neffen Kaufmann nach Augsburg mitgegeben.
[2] 2 Thess. 2, 4. — [3] Weish. Sal. 11, 21.

Veste Coburg. Nr. 1741. 4. August 1530.

Luther an Melanchthon.

Antwort auf 28. Juli.

Original: 1. [Breslau, Rhediger'sche Brieffamml., vgl. Köstlin[2] II, 657 ad 233[1]]; — handschriftlich: 2. Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 76[b]; 3. daselbst, Extrav. 221. 13. f. 115[a]; 4. Dresden, C. 140. f. 100; [5. Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 304; 6. Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 185[2]; 7. Hamburg, Ms. 46. 4°. 15 und nochmals 47; 8. Cod. Jen. b. f. 76]; — Drucke: 9. Flacius Bl. B_1[b]; 10. Coelestin II, 293 (datirt 3. Aug.); 11. Budd. 178 (e biblioth. Jenens. = 8?); 12. Schütze II, 161 (unvollständig); 13. de Wette IV, 624 (datirt 3. oder 4. August). — Deutsch (ohne den Schlußabsatz): Wittenb. IX, 431; Jen. V, 61 (al. 118); Altenb. V, 244; Leipz. XX, 88; Walch XVI, 1214; Chytr. 114.

Magistro Philippo, confessori Christi, martyri viro Melanchthoni, fratri charissimo.[a]

Gratiam et pacem Christi[b]. Intelligo sane, mi Philippe, nolle te contemni a me tuas causas finales traditionum[c]. Quare contra ego quoque protestor, primum, nolle etiam me contemni a te causas meas efficientes traditionum. 'Sensibus haec imis, res est non parva, reponas'[2]. Nihil est, quod finales causas quis jactet, si nulla sit efficiens; hoc nosti. Quare cum neque Principes, neque Episcopi potestatem habeant traditiones in ecclesia statuendi, nihil est, quod jactent, pium esse, licitum esse, exercitium esse, eucharistiam[3] esse, disciplinam esse[d]. Deus ista non curat, sed mandatum suum exigit. Adempta igitur causa efficiente non potest resisti ullis[e] abominationibus Antichristi, quin[f] dicat: hoc pium, hoc licitum est etc. Quis enim[g] hic erit judex, quis definitor? Exempla adsunt, quae urgebunt et facile obtinebunt. Pium erat filium immolare[h] exemplo Abrahae, pium erat (ait Muncerus) occidere reges Chanaan et Amorrrhaeos, ergo occidamus[i]. Igitur a causa efficiente non discedo. Hoc primum.

Secundo, causae tuae finales sunt omnes impossibiles. Nam si quaeram, quae sint illa pia vel li-

cita, per traditiones statuenda? dices: eucharistia, disciplina etc. At haec jam verbo divino sunt statuta. Praecepit[k] enim Deus orare, praedicare, gratias agere, exercere carnem[l], erudire populum et pueros. Da igitur mihi opus aliquod, traditionibus subjectum; an purgatorium, peregrinationes, fraternitates, sanctorum cultum dabis? Haec scilicet[m] sunt extra verbum Dei, at[n] simul impia quoque. Nullum igitur cum sit[o] opus, quod traditio possit de novo statuere, consequens est, ut opus jam divinitus praeceptum apprehendat[p], et veluti praedicamentum[q] substantiae praesupponat[r], quod postea sollemniset[s], ut ajunt[t], et vestiat quantitate, qualitate, ubi, quando, ad aliquid, ut gratias agere opus est traditionis, imo non traditionis, sed praecepti divini: fit vero traditionis[u], dum ea dictat: hac hora, hoc loco, hac voce, tanta mora, hoc habitu, hoc[v] gestu volumus id efficere. At haec praedicamenta accidentium in operibus suis Deus voluit esse libera et vere[w] accidentia, nequaquam vero substantiam.

Jam redit disputatio ad circulum suum, quod[x] nec ipsa[y] accidentia ullus potest[z] aliis imponere, nisi jussus et ut[a] causa efficiens a Deo vocatus, sicut[b] si quis loquitur et ministrat, tamquam verbo et virtute Dei. Haec[c] de traditionibus sentio; verum an te et tua intelligam, nescio.

Quod traditionibus misces ἐθελοθρησκείαν cum[d] tuo Bernhardo, quem ponis recte sentientem, et tamen eligere certum jejunium pro gratiis agendis, hoc ego[e] non voco traditionem a potestate[f] statutam[g], sed electitiam privati hominis operationem; de quo sic arbitror, quod non liceat Bernhardo tale jejunium vel ordinem eligere. Derogaret enim haec singularitas vel ordo caeteris ordinibus et operibus Dei, cum omnia nostra fieri debeant in nomine Christi et ad gloriam Dei. Illa vero singularitas obscuraret[h] haec omnia[i] exemplo periculoso et scandalo imperitis noxio, et sicut Scriptura[3] loquitur, ‚offendiculo coram coecis'.

Quamquam, si etiam[k] hoc scandalum toleraretur eo remedio temperatum[l], quod simul doceretur, juxta hunc Bernhardi ordinem[m] (sicut oporteret doceri) multo sanctiorem esse ordinem quemlibet Dei, ut conjugum[n], servorum, parentum, liberorum ordinem etc., et multo aptiorem[o] ad gratias agendas, et Deo millies probatiorem, quam istum[p] singularem et electitium: non esset metuendum, istam ἐθελοθρησκείαν praevalituram. Sed haec extra causam.

Summa haec est: Non licere λατρείαν ullam eligere aut invenire absque expresso mandato Dei et certo verbo. Sic enim hactenus docuimus et recte. Quid vero aliud esset ille ordo Bernhardi, quam vere[q] λατρεία quaedam ultra et praeter[r] quas Deus praecepit[s], prorsus electitia?

Haec accipe a me, ut divinante de tua sententia magis, quam[t] perspiciente. Forte aliis sum distractus cogitationibus, ut tua minus videam. Alioqui mihi mirum est, cur talia quasi ignarus quaeras, cum sciam, te optime omnia nostra intelligere. Ego puto in omnibus[u] his sufficere causam efficientem, scilicet quod Bernhardus non debeat talem cultum eligere aut sequi, quia non est ad hoc vocatus, nec habet verbum Dei, per quod fiat efficiens causa. Alioqui cultus ipse et finalis causa per sese esset sancta, si verbo Dei mandaretur, hoc est, mea opinione, fieret[v] causa efficiente vere sancta[w].

Nova hic nulla, nisi quod Augustae Caesari nova domus aedificatur, ut multis annis in Germania commoretur. Et quod Regina Maria Woiwodae dabitur uxor. Et Caesar Turcarum Imperatori decem heroas cum 18 equitibus misit, ferentibus duabus mulis multa dona, argentea et aurea vasa, pro pace firmanda[x]. Deinde quod sunt[y] inter nostros Augustae, nempe Philippum[z], Jonam et totum[a] collegium magnae turbae[b], etiam morbi. Mirum est, quod[c] hoc, quod novissimum[d] dixi, magnis clamoribus detonetur. Haec quod[e] vos praesentes ignorare spero,

significare volui absens. Dominus[f] Jesus Christus sit vobiscum, Amen. Ex Eremo, 4. Augusti 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Adresse nach 3. 9; anders bei 11: Charissimo fratri in Christo, M. Phil. Melanchthoni, confessori Domini, Augustae. — [b] in Christi (!) 13. — [c] 3 hat hier am Rande: Jam habemus satis causarum efficientium, nusquam enim non adjunt novi legislatores. — [d] esse fehlt 2. — [e] illis 4. 12; istis 3. 9. 10. 11 am Rand. — [f] cum 2. 3. 5. 9. 10; quod 12. — [g] vero 12. — [h] immolari 2. 3. 5. 9—12. — [i] † et caeteras 3. 10; etc. 5. 6. 9. 11. 12. — [k] Praecipit 6. — [l] crucem 4. 12. — [m] et caetera 12. — [n] ac 10. — [o] st. cum sit: adsit 12. — [p] apprehendant 5. — [q] velut praedicatum 4. 5. — [r] praesupponant 5. — [s] solenniter 10. — [t] dicunt 4. 5. 11. 12. — [u] sed praecepti etc. fehlt 6. — [v] tali 11. — [w] vera 2. 3. 10. — [x] quo 3. 9. 11. — [y] ista 5. 11 am Rand. 12. — [z] possit 12.

(Z. 47.) [a] ut fehlt 2—5. 10. 12. — [b] † dicit 2. 4. 5. 10—12. — [c] Hoc 6. 11. 13. — [d] in 3. 9. — [e] ego fehlt 3. 9. 10. — [f] pietate 5. 11. — [g] institutam 2. 10. — [h] observaret 12. — [i] omnia hoc 6. 11. 13. — [k] etiam fehlt 5. 6. 11. 13. — [l] st. eo etc.: ac remedio temperaretur 12. — [m] ordinem fehlt 4. 12. — [n] conjugium 2. 3. 10. — [o] † esse 12. — [p] illum 10. — [q] vera 3. 9. 10. — [r] † eas 2. 11. — [s] praecipit 4. 12. — [t] † eam 12. — [u] omnibus fehlt 3. 9. 10. — [v] † cultus 10. — [w] Hier schließen 3. 4. 5. 9. 12 und geben nur noch das Datum. — [x] Et quod Regina etc. fehlt 10. — [y] Deinde saluta quot sunt 10. 11 am Rand. — [z] † et 3—5. 9. 11—13.

(Z. 98.) [a] totum fehlt 3—5. 9. 11—13. — [b] Hier schließt 10. — [c] quam 2. — [d] novissime 2. — [e] quia 2. — [f] † noster 2. 6.

[1] Diesen Brief nahm der nach Augsburg zurückkehrende mansfeldische Kanzler Casp. Müller mit, vgl. Nr. 1746.

[2] Virgil. Ecl. III, 45.

[3] vgl. Nr. 1723, Z. 16. — [4] 3 Mos. 19, 14.

(Veste Coburg.) Nr. 1742. (4. August 1530.)[1]

Antwort Luthers auf die ihm vorgelegten fünf Fragen betr. des Abendmahls.

(Vgl. Nr. 1732, Beil.)

Handschriften und Drucke, sowie Uebersetzungen s. bei Nr. 1732. Beil.

Quare non respondetis ipsi vos ad quaestiones missas ad me? sed jumento ineptiori imponuntur clitellae[2].

1. Principio, si quisquam certus est, integrum usum eucharistiae Dei ordinationem atque mandatum esse, et usum alterius partis pugnare cum ordinatione atque mandato illo Dei: is quia certus est de mandato Dei non debet curare, usum calicis sublatum esse. Nam oportet nos Deo magis obedire,

quam hominibus[3]. Rursum si causam hanc totam adhuc ignorat atque dubitat, is hoc agat, ut quod nescit, discat atque cognoscat. Nam ignorantia facti non excusat. Debet enim christianus nosse ordinationes[a] Christi Domini sui.

2. Si cui volenti et cupienti usum integri sacramenti usus[b] denegatur[c], ei non est satis, ut altera parte utatur, imo longe melius est ei[d], ut vel quaerat locum christianae libertatis, vel si hoc non potest, a perceptione unius speciei in universum abstineat, et utatur interim sacramento spiritualiter, in[e] fide confirmans suam ipsius conscientiam verbo Domini in coena et meditatione passionis Domini nostri Jesu Christi[f].

3. Nemo debet hoc sacramentum occulte[g], seorsim accipere ac[h] porrigere. Nam Christus instituit hoc sacramentum in publicum ministerium, ut ejus in eo fiat memoria docendo et confitendo. Sicut ipse ait[4]: ‚Hoc facite in mei memoriam', hoc est[i], sicut Paulus interpretatur 1 Cor. 11,26: ‚ut annuntietur mors Domini[k]'.

4. Neminem excusat magistratus sui[l] quantumvis saevum mandatum, quasi scilicet[m] obedientia et metus poenae nos defendere possit. Nam contra verbum Dei[n] nulla valet obedientia ulli creaturae exhibita, nam hoc[o] est creaturam praeponere creatori.

5. Multo minus satis est ad pietatem, si quispiam[p] non magno desiderio teneretur[q] integri sacramenti, et vellet interim una specie contentus[r] vivere. Nam hoc[s] sacramentum non est institutum, ut eo utamur secundum quod[t] nos multum vel[u] minus hoc desideramus, sed porrigi et accipi debet[v] secundum mandatum et verbum Dei, quia non est neque in nostra potestate, neque in opere, modo, aut[w] desiderio[x] usus sacramenti ipsius, sed in verbo et mandato Dei.

Item in primam quaestionem: Si conscientia certa sit, utramque speciem sacramenti esse Christi institutionem; tunc hominibus non est in arbitrio, ut

pro libito ac libere mutent. Si utraque non permittitur uti, melius est in totum abstinere, quam contra conscientiam et institutionem Christi, mutata sacramenti institutione divinitus tradita, una tantum uti. Nam abstinere in totum sit[z] sine peccato in tali casu. At id non stet per nos, sed violenter nobis ab his, qui ministrare debent, rapitur. Et hic simul ad tertiam quaestionem respondetur, quod interim sufficit communione fidei uti seu spirituali, de qua Augustinus: ‚Crede et manducasti'[5]. Quia non licet corporalem manducationem pastoris tyrannis rapere aut extorquere. Relinquitur ergo spiritualis manducatio necessario.

2. Diligentissime est cavendum, ne in privato aut secreto sacramentum accipiatur, tum propter multa incommoda et pericula, tum maxime propter institutionem Christi, qui vult, hoc sacramentum esse publicae confessionis signum. Sicut dicit: hoc facite in mei commemorationem: praedicationem, annuntiationem, ut Paulus vocat; rectius igitur in totum abstineatur.

3. Si qui[a] alibi sub utraque specie communicarent, hi postea requisiti tenentur confiteri etc.

[Text nach Coelestin.]

D. Doctoris Lutheri ad praecedentes quinque quaestiones brevis et succincta responsio.

Ad primam respondeo: Quod si quis utramque speciem a Deo ipso institutam ac praeceptam esse certus est, ac unam partem ordini et mandato divino repugnare et contrariam esse novit, is praecepto et promissione divina innixus, mandata hominum alteram sacramenti speciem prohibentia nihili faciat, sciens nimirum, Deo magis quam hominibus obediendum esse.

Secundo. Ei, cui calix denegatur, una species nequaquam sufficit, sed satius est, ut eo se conferat,

ubi utriusque speciei particeps fieri potest. Quod si facere prohibetur, melius est, ut, posthabita una specie, sacramento spiritualiter utatur, fide sese erigendo et confirmando, ac sacramenti verba totamque passionis ac mortis Christi historiam diligenter considerando ac perpendendo.

Tertio. Sacramentum nequaquam in angulis aut privatis locis, sed publice porrigendum et accipiendum est, quippe quod Christus in hunc finem instituerit, ut concionando et confitendo sui memoriam recoleremus, id quod ipse testatur, inquiens: ‚Hoc facite in mei commemorationem', quod divus Paulus in primo ad Corinth. cap. 11 explicans dicit: ‚Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat'.

Quarto. Magistratus edictum calicis usum laicis adimens, aut poenae quantumvis asperae formido hoc in loco neminem excusat, siquidem politici alicujus mandati ac poenae propositae, quam praecepti divini major ratio nequaquam habenda, nec ulli creaturae obedientia verbo Dei contraria est praestanda. Hoc enim qui facit, creaturam quam creatorem pluris aestimat.

Ultimo. Censeo eum, qui una specie contentus percipere nolit, multo minus excusatum esse, cum institutionis coenae dominicae nequaquam ea sit ratio, quae nostro arbitrio atque voluptate constet, sed cujus usus mandato ac verbo divino per omnia debeat esse ἀνάλογος. Ad hoc coenae dominicae administratio non ex nostro jure aut institutione, sed ex praecepto et verbo divino pendet et aestimatur.

[a] ordinationem, Schirrm. — [b] cupienti usus integri sacramenti 4. Schirrm. — [c] denegetur 2. 4. — [d] ei fehlt Sch. — [e] ea 2. — [f] † salvatoris Sch. — [g] † aut 2. — [h] aut Sch. — [i] docendo etc. fehlt 4; Sicut etc. fehlt Sch. — [k] Christi Sch. — [l] nach Sch., die Andern: sive. — [m] scilicet fehlt 4. Sch. — [n] contra Deum 4. — [o] hoc fehlt 1. 2. — [p] quisquam 1—4. — [q] tenetur 4. Sch. — [r] † esse et 4. — [s] hoc fehlt 1. 2. — [t] quoad 1. 2. 3. — [u] et 1. 2. 3. — [v] † sacramentum Sch. — [w] nur bei Sch. — [x] Hier ist wohl ein nicht mehr zu ermittelndes Wort einzuschieben. 2 gibt sic, was 1 als sinnlos wegfallen ließ; 3 sit; 4 situ. Förstemann in der Hall. Allg. Litztg. 1829, Sp. 14 will das sic durch veränderte Interpunction möglich machen: quia non est — neque in potestate neque in opere, modo [nur] desiderio — sic usus sacramenti ipsius, sed etc. Nach Schirrm. soll ein Abschreiber, dem das aut nach modo fehlte, und dem deßhalb das desiderio unverständlich war, dieß durch ein [sic!] angedeutet haben. Wie sollen aber

daraus wieder die Lesarten bei 3 und 4 (welche Sch. nicht kannte) entstanden sein? — [y] Das Folgende nur bei Cod. Rostoch. und Schirrmacher. — [z] ? fit? — [a] quis Sch.

[1] Da in keinem der späteren Briefe, weder Luthers noch der Augsburger, auf diese Fragen zurückgekommen wird, so wird die Beantwortung derselben wohl als Beilage zu der Antwort auf den Brief, mit welchem sie gekommen waren, nämlich dem vom 28. Juli, abgegangen sein.

[2] Luther verwendet hier das römische Sprichwort: Clitellae bovi sunt impositae, Cic. ad Att. lb. V, ep. 15. (‚quo Cicero significat munus provinciale parum sibi accommodatum et non satis dignum suis viribus esse, bovi enim clitellae non insternuntur, sed asino'. J. F. Gronov. ad. h. l.). — Diesen ersten Satz Quare etc. geben die Uebersetzungen im Cod. Helmst., Solger. und Kopenhag. lateinisch und nur das Sprichwort deutsch: „Aber der Kleine muß das Licht halten" (oder tragen). — [3] Apstlgsch. 5, 29.

[4] Luc. 22, 19. — [5] Augustin. in Ev. Joh. tract. 25, 12.

Veste Coburg. Nr. 1743. 5. August 1530.

Luther an den Kanzler Brück in Augsburg.

Spricht ihm unter den schwierigen Verhältnissen, welche zum Verzagen Anlaß geben könnten, Muth ein, indem er auf Gottes Trost und Stärke weist. Er hat neulich zwei Wunder gesehen: die Sterne und das ganze Himmelsgewölbe ohne Pfeiler, und es fiel doch nicht ein; dicke schwere Wolken, nicht in Kufen gefasset, und seien doch nicht herabgefallen, sondern grüßeten mit saurem Angesicht und flohen davon. Brück soll auch auf Gottes, und nicht auf der Menschen Rath vertrauen, so wird Alles gut gehen. Soll auch Melanchthon und die andern trösten.

Gedruckt: Erl. 54, 183, Nr. 331 und den dort angef. Orten. Ferner handschriftlich: **1.** [Cod. Jen. b. f. 306, vgl. de Wette IV, 127]; **2.** Wolfenbüttel, Aug. 11. 10. f. 146[b]; **3.** daselbst, Aug. 19. 15. f. 277; **4.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 125[b]; [**5.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 334; **6.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 187[1]; **7.** Hamburg, Ms. 48. 4°. f. 50; **8.** daselbst, Ms. 60. 4°. f. 43].

Bei den vielen Varianten der Handschriften beschränken wir uns auf die Angabe der wichtigeren: S. 183, Z. 14. st. der: denn 4; „und sorgfältig" fehlt 1; Z. 15. er † doch 1—5; Z. 18. st. Lehre: Wort 1—5; — S. 184, Z. 4. eine Mutter 2. 3; Z. 8. meine † eigne 1—5; Z. 15. „gern" fehlt 2. 3; Z. 19. „denn daß ... sahen" fehlt 1. 5; Z. 26. „keine" fehlt 1. 2. 3. 5; Z. 27. dennoch † auch 2—6; Z. 29. st. fürüber: hinweg 4; Z. 31. st. doch: so 1. 5; doch so 3. 4; Z. 38. „(anzusehen)" fehlt 2—5; — S. 185. Z. 9. st. getrostes: groß 1. 2. 5; Z. 12.

„weit“ fehlt 1. 5; Z. 32. ft. ehren: Christo geben; Z. 33. ft. sollen: wollen 1—5; Z. 35. treiben. † Sondern seind schuldig Kais. Maj. Namen beizustehen, helfen bei Ehren halten, und nicht gestatten noch bewilligen in solichen Mißbrauch wider Gott und kaiserlich Recht [Acht, 5; wider Gott, Kais. Maj. und Recht, 2. 3], auf daß wir nit auch [auch mit 1] theilhaftig werden [„werden“ fehlt 1] und auf unser Gewissen laden soliche frembde Sund, Mißbrauch und Schand Kais. Maj. Namens. Denn man soll die Majestäten ehren und nicht schänden lassen. 1. 2. 3. 5; Z. 36. „Aber“ fehlt 1. 2. 3. 5; Z. 40. zum End 2. 5; — S. 186, Z. 3. videtur 2. 3. 5; toni † Vale, womit 2. 3. schließt; Z. 9. Coelest. und Budd. in der lat. Uebersetzung haben als Datum: ult. Julii.

[1] Daß Brück diesen Brief Freunden mittheilte, sehen wir aus den TR. Nr. 1952 am Schluß (vgl. Preger Nr. 92[a]; Wrampelmayer Nr. 536). Auch Brenz erhielt ihn und schickte ihn nebst einem Brief an den Kurfürsten (wahrscheinlich dem vom 26. Aug.) am 2. Sept. dem Anton Hofmeister, Städtmeister in Schwäb.-Hall zu (vgl. Pressel, Anecd. Brent. S. 96).

[2] S. 184, Z. 4 ff.] Jesaj. 49, 15 f.

[3] Z. 12. keine Pfeiler] ähnlicher Ausspruch Luthers bei Wrampelm. Nr. 66.

[4] pax politica] vgl. Nr. 1706. 1715.

[5] S. 186, Z. 3. cujus toni] am Ende wird man sehen, aus welcher Tonart es geht. Köstlin[2] II, 235.

Augsburg. Nr. 1744. 6. August 1530.

Justus Jonas an Luther.

Original: **1.** Hamburg, Ms. I, f. 102; — handschriftlich: **2.** Dresden, C. 342, f. 6; — Drucke: **3.** Fortges. Samml. der Unsch. Nachr. Jahrg. 1745. S. 7 (nach 2); **4.** Kolbe, Analect. 144; **5.** Kawerau, Jon. Brfw. I, 173. — Wir geben den Text nach 1.

Clarissimo viro D. Mart. Luthero, parenti in Christo ex animo charissimo. D. Martino Luther zu eigen Handen.

G. et pacem Dei in Christo. Cum nunc sex hebdomadas integras, mi chariss. pater, deliberarint adversarii, tandem obtulerunt sabbato praeterito[1] *Caesari confutationem nostrae confessionis. Nam facillime*[a] *a tantis doctoribus et tam magnis viris confutari et capi potest aeterna Dei veritas et sapientia, ut exemplo sunt Pharisaei dimissi pudefacti, perplexi et muti*[b]*, cum interrogassent,*

an liceret tributum[c] dare[2] etc. Ea igitur responsio Eckii, Fabri etc. recitata est coram Caesare et Ordinibus Imperii proxima quarta feria[3] cum praefatione et epilogo annexo nomine Caesareae Majestatis, ut ex schedula germanica[4] hic[d] inserta intelliges. Duravit recitatio etiam duabus horis integris, sed incredibili cum taedio, fastidio et nausea quorundam saniorum auditorum, qui se hac frigidissima cantilena tantum non evectos[e] esse questi sunt, offensi mirabiliter tanto acervo ineptiarum sub titulo catholicorum dogmatum[f] onerari aures Caesaris. Dixit nobis reginae Mariae sacellanus[5], quod quinquies emendarint, fuderint et refuderint, cuderint et recuderint sua[g], et tamen farrago tandem nata est informis et confusanea et mixtura, quasi jura plura confundat coquus. Consarcinarant[h] initio immanem librum, ut Faber est verbosus compilator[6]; crevit liber multitudine conviciorum et mendaciorum. Sed Caesar sub primam emendationem[i] tertiam partem libri resecuit[k], ut vix manserint[l] XII aut XVI folia, quae recitata sunt[7]. Nostri petierunt exemplum seu copiam; Caesar deliberavit in alterum[m] diem[8]. Heri multi nihil aliud expectabant, quam[n] damnationem per edicta, sed Moguntinus et quidam alii[9] interposuerunt se ad faciendas aliquas inducias vel speciem[o] quandam pacis usque ad futurum concilium. Et heri rediit junior Princeps a quodam magno satis laetus et hilaris[p]. Spes est[q], ut pro hoc tempore saltem haec dilatio impetretur, ne damnetur doctrina aut[r] reliqua[s] nostra. Interim[t] Deus, qui varie et clementer exaudit preces piorum, forsan cor Caesaris alio diriget facietque, ut expendat apud se exactius multa, quae hic nec pietati nec honestati dissona audivit. Deus et[u] pater noster in coelis quotidie ostendit foelicitatem consiliorum sitam esse in orationibus. Ich hoffe, die Kinder-Letanien und das bei Tisch Beten vieler[w] armer Waisen *in ecclesia Lutherana* sei nehr[x] kommen *throno majestatis et misericordiae, quam ab initio mundi omnes[y] illi boatus et horae canonicae choralium etc. Tu, mi charissime pater, perge orare et petere[z], pulsare, et accipiemus supra quam cogitare possimus[a] nunc aut petere[b].*

Caesar in his Comitiis[c] *accepit per post*[d] *nuntium, filium infantem in cunis, cui nomen fuit Triumphoferdinandus, infantili aetate esse mortuum*[10]. *Cum lectae sunt literae tristis casus nuntiae*[e], *respondit optimus Caesar: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.*

Dux Georgius aegrotat nescio quo morbo, dicitur laborare dissenteria[11], *quae nunc hic grassatur. Sed dicitur convalescere*[f], *utinam Dominus Deus convertat eum vel tali aliqua cruce emendet! Proximo nuntio poterimus tibi significare, an ultra mensem durabunt Comitia vel non etc. Vale, mi charissime*[g] *pater, et orationibus tuis commendatos habeas nos et omnes nostros, in primis causam publicam. Vidimus*[h] *enim et paene palpamus fructum et effectum orationis tuae et praesentiae spiritus tui. Iterum*[i] *vale. Saluta Vitum, per literas uxorem tuam et omnes tuos. Datae raptim Augustae sabbato post Vincula Petri anno Domini etc. XXX.*

J. Jonas tuus ex animo.

[Am Rand:] *J. Storm*[12], *heroldus noster et dux ad Comitia Wormaciens[ia], hic honorificentissime*[k] *de te sentit et loquitur apud nos*[l].

[6] Philipp von Hessen, zu welchem Heinrich am 18. abritt, (CR. II, 291) und von dem er erst am 27. zurückkehrte (Spal. Annal. 190).

[7] Nachdem Eck durch verschiedene Bibelstellen darzuthun versucht hatte, daß der Glaube nicht allein gerecht mache, sondern die Liebe mehr als der Glaube, sagte er zuletzt: man solle die „Solen" ein weil zum Schuster schicken. „So unverschambt hat D. Eck durfen reden", Spal. bei Förstem. l. c. 225.

[8] Omissa igitur voce Sola, concordatum est, quod justificatio seu remissio peccatorum fiat per gratiam gratum facientem et fidem formaliter, per verbum vero et sacramenta instrumentaliter, Cochl. act. et script. Luther. ed. Paris. f. 200[b]. Aehnlich auch Cochl. Philippicae IV, Bl. H_1: Summa igitur concordiae his brevissime verbis tum concepta, et nisi fallit memoria, ab ipso Philippo scripta fuit, nempe quod justificatio seu remissio etc., wie oben. Vgl. auch Förstem. 227.

[9] die Verhandlungen darüber s. Förstemann 224.

[10] die Verhandlungen darüber am 20. s. Förstem. 265; auch den Brief Mäglins an Weiß vom 22. (in Uffenh. Nebenst. 1256); Müller 756; Brück 97.

[11] Mel.'s Bedenken dagegen am 20. s. CR. II, 294 und vollständiger Förstem. 241.

[12] die von dem evangel. Theil darüber abgegebene Erklärung bei Förstem. 273; Brück 99.

[13] „Durfte Mel. wirklich über die Ansicht Luthers im Zweifel sein? Dieser Brief zeigt, wie schwach Mel. den Anforderungen der Gegner gegenüber allmählig geworden war", Birck l. c. 308.

[14] die von dem Gegentheil gemachten Vorschläge (Unbeschließige und unvergriffliche christliche Mittel), wie die Ausgleichung zu bewirken sei, vom 19. s. Förstem. 250, die Gegenvorschläge der Evangelischen ib. 256.

[15] Nachdem die Verhandlungen im Ganzen resultatlos verlaufen, wurde am 23. ein kleinerer Ausschuß von 6 gebildet, vgl. Mel.'s Brief vom 25. in der Beilage.

[16] vgl. Förstem. 259. — [17] ib. 260.

(Augsburg.) Nr. 1757. (23. August 1530.)

Spalatin an Luther.[1]

Beantwortet 28. August.

Gedruckt: Verpoorten, sacra sup. aevi analecta. Coburg. 1708. p. 65 (fälschlich als an Wenc. Link gerichtet).

Per tuum Cyriacum[2] *et Martinum, clientem Fuccariorum*[3]*, fortassis plura. Nunc vehementer petimus tuum responsum. Speramus nos non adeo diu hic substituros; heri enim praemissa sunt aliquot vectabula cum arcis,*

hippoperis[4]*, fortassis ut eo expeditius domum proficisci liceat. Utinam sic, quicquid hoc est causae, componatur, ut et verbum Dei nobis et pax publica toti Germaniae maneat! Verum usque ad aram, ut est in veteri adagio*[5]*. Hodie audivi ex Consule Eslingensi*[6]*, extitisse in Italia, qui acerrime contra Pontificem Rom. scribat. Sparsus etiam est rumor, Pont. Rom. ab Ursinis et Columnensibus in arce S. Angeli obsidione cinctum esse: quod nobis omnibus magnae est voluptati*[7]*. Philippus Melanchthon pertaesus malignitate et impietate incredibili adversariorum videtur paulo quidem amplius ipsis cessurus*[8]*. Tantum tu nobis responde statim*[9]*, quid tuto et incolumi Dei gloria et verbi ejus et nostra salute permittere possimus, et an debeamus, si ita urserint, facultatem postulare a Legato et Caesare*[10]*. Hodie accepit Philippus literas ab Erasmo, datas Friburgi die Augusti hujus 17.*[11]*, in quibus inter initia statim scribit: ‚si quid ponderis suae*[12] *haberent, nihil minus futurum, quam ut bellum suscipiatur. A nemine jussum, ut nomine Caesaris his Comitiis adesset. Nec Caesari nec Ferdinando se scripsisse in hoc conventu*[13]*, ne se periculoso negotio sponte admisceret. Neque se clam esse, quod*[a] *sint quidam, quorum arbitrio haec*[b] *res agitur, qui ipsi non admodum bene velint. Certe ab Eccio*[14] *positas ipsius sententias aliquas inter haereticas, nisi quod pro „Erasmo" dicat „quidam", quod ab illo nunquam expectarat.' Utitur et his verbis: ‚Me tamen nulla privata injuria huc perpellet, ut belli sim autor. Jam pridem me gestientem a Germania recedere*[c] *nunc compellit necessitas. Hic aegre habemus, quod edamus aut bibamus. Quid fieret in bello?'*

Salutant te omnes nostri et amanter et reverenter. Tuum pulchrum Confitemini nondum licuit mihi neque videre neque legere hactenus[15]*.*

[a] 1 im Text: quam, in der Note: fortassis ‚quod'. Im Briefe des Erasm. selbst: Neque me clam est, esse quosdam. — [b] nach dem Erasm. Text; 1: hic. — [c] Erasm.: e G. discedere.

[1] Daß dieser Brief nicht an Wenc. Link in Nürnberg, welchen Verpoorten als Adressaten bezeichnet, sondern an Luther gerichtet ist, wie schon Seidemann bei de Wette VI, 671, s. v. Kaufleute, und Kolde, Anal. 152 richtig gesehen haben,

ergibt sich aus dem ganzen Inhalt, besonders aus dem tuum Cyriacum (Z. 1) und dem tuum pulchrum Confitemini (Z. 36). Die Datirung des Briefs ergibt sich aus dem in Note 4 Bemerkten.

[2] Kaufmann, vgl. Nr. 1739[1].

[3] Dieser cliens (Hausgenosse, Diener?) der Fugger ist sonst nicht bekannt. Seidemann im Sächs. K. u. Schulbl. 1857, Sp. 75 vermuthet, es könne Martin Kaufmann, der Vater des Cyriacus, also der Schwager Luthers, gemeint sein, denn die Fugger hätten eine aerariam officinam in Thüringen gehabt (Tentzell, suppl. hist. Goth. 42. 52). Aber dann hätte Spal. ihn doch wohl anders bezeichnet.

[4] Nürnb. Ber. vom 23. (CR. II, 302): Der Kurfürst von Sachsen hat seinen Troß von Truhen und anderem auf vier Wägen gestern [also am 22.] hinweggefertigt. Siehet uns dafür an, er werde nicht lang mehr allhie verharren.

[5] Erasm. Adag.: Usque ad aras amicus (Aul. Gell.). Admonet proverbium, nonnunquam .... fas videri paulum a recto deflectere. Verum eatenus, ne propter hominem amicum numinibus reverentiam violemus.

[6] Bürgermeister Holdermann. Schmid u. Pfister, Denkw. I, 138.

[7] Aehnliches hatte Spal. schon am 17. an Hausmann geschrieben (Kolbe, Anal. 147): Columnenses et Ursini ad Rom. Pontificem in jus vocati stipati ad sex milia militum irruptione in urbem Romam facta, Pontificem in arce Angeli obsidione cinxerunt, et credibile est futurum, ut capto Pontifice urbs Roma ... deripiatur (id quod hoc anno praedictum est), quam [?] tertio ab hoc anno. Haec omnia pro verissimis circumferuntur. Vgl. auch Mel. an Mycon. 15. Aug. (CR. II, 280), der aber hinzusetzt: Rumor est obscurior, quam ut pro vero possit narrari. Auch Luther weiß schon von diesem Gerücht noch vor Ankunft unseres Briefs, vgl. Nr. 1758. Es war jedoch ein falsches Gerücht, welches durch keine Nachricht bei gleichzeitigen Geschichtsschreibern (Guicciardini, Jovius u. A.) bestätigt wird, auch Garcia in seinen Briefen an den Kaiser (bei Heine) meldet nichts davon.

[8] vgl. dazu besonders den Brief Mel.'s an Alber in Reutlingen, 23. Aug. (CR. II, 302), andererseits den Brief Gereon Sailers an Spal., 20. Aug. (CR. II, 295).

[9] vgl. Nr. 1756. — [10] Bezieht sich auf das moderamen Catholicorum die 19. Aug., ut permissione sedis apostolicae aut ejus legati, sciente et consentiente Caes. Maj. tanquam supremo ecclesiae advocato, permitteretur Lutheranis populis utraque species sacramenti (Coelest. III, 144[b]; Schirrmacher 229)?

[11] vgl. CR. II, 288, wo aber der Brief vom 18. datirt.

[12] zu ergänzen literae. — [13] vgl. Nr. 1730[6].

[14] in den Nr. 1634[10] angeführten Thesen.
[15] Die Schrift konnte überhaupt noch nicht in Augsburg sein, vgl. die Nachschrift zu Nr. 1753 vom 20. August.

Veste Coburg. Nr. 1758. 24. August 1530.

Luther an Melanchthon.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 84[b]; [**2.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 240[a]; **3.** Cod. Jen. b. f. 197]; — Drucke: **4.** Coelestin III, 50; **5.** Budd. 186; **6.** de Wette IV, 138. — Deutsch: Walch XVI, 2837.

Gratiam et pacem in Christo. Nova ex Augusta credo vos jamdudum audivisse, mi Philippe, scilicet arbitros denuo novos esse delectos quatuordecim viros, quorum omnia nomina[1] scimus, et te esse[a] cum Eccio primum[b] in verbi ducatu, Spalatinum vero scribam[2]: quae si vera sunt, mira sunt. Praeterea Papam soluta obsidione Florentiae[3], Romae in castro S. Angeli obsessum exercitu Romano[4]. Quid enim[c] aliud faciamus[d] nos eremitae, quam ut vobis πολυτρόπως[e] nova significemus[f], dum[g] vos interim sicut ranae Seriphiae[5] sic[h] tacetis.

Mitto hic sermonem de scholis[6], [i]plane Lutheranum, et Lutheri verbositate nihil autorem suum negans, sed planissime[k] referens. Sic sum[l]. Idem erit libellus de clavibus[7]. Deinde si volet Christus, de justificationis loco[8].

Wittembergam nostram suspicio pestis vexat, quam[m] e[n] Lipsia adduxisse studentes putant[o], nam quatuor fere exstincti sunt eo morbo, et duae domus occlusae[9]. Sic scribit mihi Luftus[p], caeteri tacent, nam mea Domina nihil de hac re[q] scribit. Et Häuptmann[10], ac junior Princeps Hans Ernst adhuc[11] ibi degunt, magno scilicet argumento, nihil esse ibi[r] periculi. Haec scribo, ne qua[s] fama vos perturbet.

Dominus, qui vos Augustam misit, reddat vos omnes augustos, Amen. Mihi in gutture corrosio quaedam nova accessit, ut suspicor[t], vel vini violentia salsum[u] phlegma[12] augeri, vel antiquas reli-

quias post tot annos sanitatis redire, aut esse Satanae colaphum[13]. Sed vincat Christus modo, nihil refert si pereat Lutherus, qui victore Christo victor erit. Saluta omnes nostros. Nescio, an literae meae redditae sint[v] vobis per Cyriacum[14] et Casparum Müller[15], neque an ipsi ad vos pervenerint, cum jam paene[w] tribus hebdomadibus abfuerint[x] et nihil rescripserint. Vale[y]. Ex Eremo, die Bartholomaei 1530.

T. Martinus Luther.

[a] esse fehlt 4. — [b] primos 3. 5. — [c] enim fehlt 1. 4. — [d] faciemus 1. 4. — [e] πολυτρόποις 4; polytropis 5. — [f] ut nobis πολύτροπος nova faciemus 2. — [g] st. dum: per diem 4. — [h] sic fehlt 4. — [i] † scriptum 5. 6. — [k] plenissime 5. 6. — [l] Sic suus idem 4. — [m] quod 5. — [n] a 1. — [o] putent 5. — [p] Justus 4. — [q] de hoc 5. — [r] ibi fehlt 2. 5. 6. — [s] qua fehlt 1. 4. — [t] suspicer 5. 6. — [u] falsum 5. 6. — [v] sunt 1. 2. — [w] paene fehlt 2. — [x] adfuerint 1. — [y] Vale fehlt 2. 5. 6.

[1] vgl. Mel.'s Brief vom 25. August.

[2] Spalatin wurde aber schon am zweiten Tage der Verhandlung, am 17. Aug., als Schreiber entlassen. Er sagt selbst darüber (Förstemann, Urkb. II, 228): Do man ferrer zur Handlung hat wollen greifen, do haben die Theologen des Gegentheils auf unserm Theil kein Notarien leiden wollen, sonder sich vernehmen lassen, wo sie ein Theologen zu Notarien haben wollten, so wollten sie den Faber zu ihrem Notarien gebrauchen. Also bin ich Spalatinus davon gangen in Gottes Namen.

[3] Die Belagerung endigte am 12. Aug. mit der Uebergabe der Stadt.

[4] Falsches Gerücht; vgl. Nr. 1757[7].

[5] Seriphiae ranae in Scyrum deportatae non edebant vocem, Erasm. Adag. s. v. nach Plinius.

[6] vgl. Nr. 1759. — [7] vgl. Nr. 1722[6].

[8] Luther meint hier wohl die Stelle Röm. 3, 28, welche er in ausführlicher Weise in der im September erschienenen Schrift „Sendbrief von Dolmetschen und Fürbitte der Heiligen" behandelte, vgl. Erl. 65, 104.

[9] Schon am 22. Juli schrieb Balth. Gosmar an Roth in Zwickau: De peste quod scripseris, rumores sunt duriores quam veriores (Buchwald, zur Wittenb. Gsch. Nr. 90). Am 21. Aug. Urb. Balduin an Roth (Buchw. Nr. 92): Ich mag das in der Wahrheit anzeigen, daß uber 5 oder 6 Leichen nit gewesen sein, die in peste gestorben wären. Etliche Leute hattens von Leipzgk, wie man sagt, in Eberharts Hause bracht, daraus sein ihr 2 gestorben, und darnach ist das Haus zugemacht.

[10] Hans v. Metzsch.

[11] Doch war dieser bereits von Wittenberg weg, als Luther den Brief schrieb. Balduin (l. c.): Mit dem Geschrei vom Sterben hat der Teufel so viel zu wege bracht, daß m. gn.

Herrn Räthe zu Torgau... haben ernstlichen geboten, den jungen Herrn von Wittemberg gegen den Lochen [Lochau] zu fuhren, welchs dann gestern [20. Aug.] auch geschehen.

[12] hier in der Bedeutung von: Schleim. — [13] 2 Cor. 12, 7.
[14] Kaufmann, vgl. Nr. 1739[1]. — [15] vgl. Nr. 1741[1].

Veste Coburg. Nr. 1759. 24. August 1530.

Luther an Laz. Spengler in Nürnberg.

Luther übersendet Spengler den ihm zugeeigneten Sermon von den Schulen.

Original: Veste Coburg; — gedruckt: Erl. 54, 188, Nr. 334 und den dort angef. Orten. — Der Druck nur in der Orthographie vom Original abweichend.

[1] Erl. 188, Z. 13. vom neuen Ausschuß] vgl. Nr. 1758[1].

(Augsburg.) Nr. 1760. 25. August 1530.

Melanchthon an Luther.[1]

Beantwortet 28. August.

Handschriftlich: **1.** Ms. Manlii p. 43; — Drucke: **2.** Epp. ed. Peucer. p. 24; **3.** ed. Lond. I, ep. 16; **4.** Coelestin III, 56[b]; **5.** CR. II, 311.

S. D. Per Cyriacum[2] *plura scribemus, qui cras abiturus est. Mitto tibi quaestiones quasdam, de quibus rixamur cum adversariis*[3]. *Hujusmodi argumenta captant, non quae doctrinam pietatis contineant, sed quae plurimum valeant ad concitandam invidiam, et nostra moderatio in talibus locis auget insolentium hominum ferociam. Non potest dici, quos agant triumphos hic. Si meo nomine, non Principis, versarer in his negotiis, nullo modo ferrem hanc superbiam*[4]. *Nunc me omnia dissimulare cogunt Principum pericula, reipublicae discrimina, voluntates nostrorum mirabiliter aut imbecilles, aut parum in loco fortes. Nihil tamen, ut spero, faciemus contra evangelium. Pontanus profecto declarat, se esse virum fortem et bonum. Bucerus scribit tibi* περὶ δείπνου κυριακοῦ, *et vult accedere ad nostram sententiam*[5]. *Sen-*

tit adesse corpus Christi in pane. Haec summa est. Scripsi ei propositiones, sed certo consilio misit suas propositiones. Plura non potui scribere. Mox responde. Vale. Postridie Bartholomaei.

[a] *Augustae delecti sunt arbitri quatuordecim*[6].

A nostra parte:

Georgius Marchio Brandeburgensis.
Johannes Fridericus Dux Saxoniae.
D. Pontanus.
D. Heller[7].
Philippus Melanchthon.
Johannes Brentius.
Sneppius.

Ab adversa parte:

Henricus Dux Brunsvicensis.
Episcopus Augustanus[8].
Cancellarius Badensis[9].
Cancellarius Coloniensis[10].
Eccius.
Mensingerus[11].
Cochlea.

Inter hos cum minus convenisset, tandem electi sunt[13]*:*

Pontanus.	*Eccius.*
Heller.	*Cancellarius Coloniensis.*
Philippus.	*Cancellarius Badensis.*

a Das Folgende fehlt 4.

1 Dieses Schreiben, sowie den Brief Bucers Nr. 1761 nahm Urban Rhegius mit, welcher sich am 26. Aug. nach seinem neuen Wirkungskreis in Celle begab und über Coburg ging, um Luther kennen zu lernen, vgl. Nr. 1727[15] (vgl. Bucer an den Landgrafen, bei Lenz, Brfw. Phil.'s von Hessen mit Bucer, I, S. 24; Sturm und Pfarrer an die Dreizehn in Straßburg, 31. Aug., bei Virck, Straßb. polit. Corresp. I, Nr. 786).

2 Kaufmann, vgl. Nr. 1758[14].

3 Da die Verhandlungen des engeren Ausschusses der Sechs bereits begonnen hatten, so werden diese Artikel die dort behandelten Fragen betroffen haben, nämlich die communio sub

una, die Ehe der Geistlichen und die Klöster und Klosterpersonen (vgl. Förstemann, Urkb. II, 291).

[4] vgl. auch Mel. an Alber in Reutlingen, 23. Aug., CR. II, 303. „Hiernach verdient Mel. den Vorwurf der Kleinmüthigkeit und Nachgiebigkeit nicht, welchen ihm der Landgraf (an Luther 29. Aug., und an seine in Augsburg zurückgelassenen Räthe 29. Aug.: Greift dem vernünftigen, weltweisen, verzagten, ich darf nit wohl mehr sagen, Philippo in die Würfel, CR. II, 327), sowie die Nürnberger ihm machten". Neudecker, Urk. S. XIII.

[5] Nr. 1761. Mel. war der Uebermittler des Briefes, vgl. an V. Dietr. 26. Aug. (CR. II, 314): Misi Luthero Buceri literas, in quibus quid ille scripserit, ignoro. Tantum hoc scio, quod profitetur se velle accedere ad nostram sententiam. — Schon am 22. Juli hatte Bucer mit dem Kanzler Brück eine Unterredung (Keim l. c. 230), zu welcher ihm der Landgraf und der Straßburger Gesandte Sturm die Bahn gebrochen (Baum, Capito 471), und richtete am 23. einen Brief an ihn (Coelest. II, 294; Schirrmacher 353) mit Vergleichsartikeln, durch welche eine Vereinbarung mit den Lutheranern geschaffen werden sollte. Auch mit Mel. suchte er durch Brenz anzuknüpfen, erhielt aber statt der gewünschten Unterredung nur einen kühlen Brief, 25. Juli (CR. II, 221), nebst einer Entgegnung auf die Brück zugesandten Artikel. Dennoch kam es, besonders durch Vermittlung des Urb. Rhegius, Gereon Sailer u. A., kurz vor unserem Brief zu einer Unterredung in Anwesenheit Brenzens, deren Ergebniß war, daß Bucer seine Meinung in einem Schreiben an Luther aufstelle, welches Mel. vorher lesen und mit seinem Schreiben begleiten wolle. Dieses Schreiben gefiel jedoch Mel. nicht ganz, und er machte den Vorschlag, die Sache in Propositiones zu stellen, setzte sich auch sofort nieder, um diese im Sinne Bucers abzufassen. Es sind dieß die CR. II, 315, Nr. 864 abgedruckten Artikel, mit welchen jedoch wiederum Bucer nicht gänzlich einverstanden war. „Derselbigen Propositionen hätte ich mich für meine Person nicht beschwert. Dieweil ich sie aber mußte Zwinglio und Oecolampadio zuschicken, und in ihnen nicht ausgedruckt was, auf welche Weis der Leib Christi im Abendmahl zugegen gehabt und entpfangen wurd, nämlich nur von der Seel durch den Glauben, ... so hab ich andere propositiones gestellet, in welchen ich auch dieses ausdruckt .... Diese meine propositiones hat M. Philippus ihm gefallen lassen." (Bucer an den Landgr. 27. Aug. bei Lenz, Brfw. I, 22, woselbst auch Bucer über die ganzen Verhandlungen berichtet; vgl. außerdem Brenz an Isenmann 8. Septb., CR. II, 356; Keim, 231.) — Uebrigens war auch Zwingli damals einer Concordie nicht abgeneigt, stellte jedoch seine Bedingungen, an Capito 31. Aug. (opp. VIII, 514): Ego ad Bucerum rescribo satis longa epistola [fehlend; wohl als Antwort auf die zugeschickten Propo-

sitiones], qua ista lege recepturum concordiam promitto, si ad hunc modum utrinque confiteamur: Christum in coena vero adesse, non in pane, non unitum pani, non naturaliter aut corporaliter, sed nudae, divinae ac purae menti, fidei contemplatione et sacramentaliter. Haec enim fere concessit Philippus.

6 vgl. Nr. 1756[2]. — 7 Sebast. Heller, der Ansbach'sche Kanzler des Markgr. Georg von Brandenburg. — 8 Christoph v. Stadion. — 9 Hieron. Vehus. — 10 Bernh. Hagen.

11 Auch im Brief an Myconius, 15. Aug. (CR. II, 280), nennt Mel. fälschlich diesen kurbrandenburgischen Theologen und Professor in Frankfurt a. O., während alle anderen Quellen richtig den Conrad Wimpina aus Frankfurt a. O. (vgl. Nr. 55[4]) angeben. Uebrigens gehörte Joh. Mensing mit zu den Confutatoren, Brück 64.

12 vgl. Nr. 1756[15]. Vgl. Cochl. act. et script. Luth. 198[b]; Keim 193. Die Verhandlungen dieses Ausschusses bei Brück 105; Förstemann II, 292; Schirrmacher 244.

Augsburg. **Nr. 1761.** 25. August 1530.

Martin Bucer an Luther.[1]

Gedruckt: **1.** Buceri scripta anglicana etc. Basileae 1577. fol. (herausgegeben von Conr. Hubert, Bucers Diakon), pg. 692; **2.** Kolde, Analect. 149 (nach 1); **3.** Herminjard, corresp. des réformat. II, 271 (nur theilweise, mit Noten). — Die Beilage nur bei 1, pg. 611; ferner Corp. Ref. II, 224, aber an ganz falscher Stelle mit dem Datum fere 25. Jul., und mit sehr abweichendem Text. Deutsch bei Neudecker, Urk. S. 156 (aus der Beilage des am 27. Aug. an den Landgrafen geschriebenen Briefs Bucers) und bei Schirrmacher 351 (mit schlechterem Text).

Doctrinae purioris amatori primario, Dom. Martino Luthero, suo in Domino praeceptori plurimum colendo.

Gratia Domini augeatur tibi, praeceptor observande! Semper quidem visum est, haud tantum inter nostrorum et tuam de veritate praesentiae Christi in Coena sententiam interesse, quantum vulgo creditur. At nuper lecto Dialogo Oecolampadii[2]*, in quo veterum de hac re sententias excutit, certus mihi factus videor, prorsus nihil inter vos variare. Nam cum tu nolis contendere,*

Christum in pane esse localiter, et agnoscas, etiamsi Christus in uno coeli loco, corporis modo existat, posse tamen per verba et symbola vere praesens in Coena exhiberi: plane non video, quid tuae sententiae pugnet, quod nostri vel panem corporis Christi signum et figuram esse, vel ipsum in aliquo coeli loco agere affirmant. Agnoscunt siquidem panem praesentis Christi signum ac figuram esse, non absentis, et sacris symbolis non tantum ejus recordationem, sed ipsum etiam Christum vere praesentem sisti. De his contuli cum doctissimo viro Domino Philippo, qui sententiam meam in Articulos digessit[3], quos tibi mittit[a].

Mitto et ego Articulos, quibus eandem sententiam comprehendi, adjecta tamen ratione, qua Christus in Coena praesens percipitur, nempe oculis mentis. Item, ipsius Christi praecipue opus esse, ut nobis suum corpus et sanguinem in Coena praesentia exhibeat, licet ad id nostro utatur ministerio. Scio enim nostros, quibus oportuit hosce Articulos transmittere, nihil aliud a tuo loquendi modo absterruisse, quam quod putent, eam operi ministri et symbolis id tribuere, quod solius Christi est; tum etiam pani Christi corpus vel naturaliter unire, vel localiter includere: id quod abunde Oecolampadius testatus est in Dialogo suo. Ne autem haec te adjectio offenderet, verbis usus sum Cyrilli et Chrysostomi[4], qui haec omnia νοητὰ[5] faciunt. Cum itaque tu pro vera Christi in Coena praesentia potissimum pugnaris, quam fatemur: obsecro te per hujus gloriam, quae infausto hoc nostro dissidio plus nimio obscuratur, patiaris inter nos sanctam concordiam restitui. Nostros dicimus (id quod et res ipsa est) nihil aliud oppugnasse, quam dicere: Christi corpus pani vel naturaliter uniri vel includi localiter. Te vero hoc nunquam affirmasse, solumque improbasse, dicere: nihil nisi panem et vinum exhiberi in Coena, et negare, ipsum Christi corpus et sanguinem per verba et sacramenta vere praesentia sisti. Tum, quo majorem autoritatem habeant verba, in quae conspiremus, profitebimur utrimque nostram de hoc mysterio fidem et doctrinam esse ac deinceps fore, quam

tradit Canon Concilii Nicaeni[6], *et sequuntur omnes veteres.*

Accepimus nuper literas a fratribus ex Galliis, qui scribunt[7], *admodum feliciter apud se evangelium gliscere, sed ita cursui ejus obstare infelix hoc nostrum dissidium, ut, nisi componatur, haud sperent, unquam futurum, ut Galliae evangelium publicitus audiant. At si contingeret, illud sedari, bona eis spes est, brevi fore, ut Christus publicum apud ipsos obtineat. Nam Rex a veritate alienus non est, et jam recuperatis liberis*[8] *non adeo a Pontifice et Caesare, hac quidem in causa, pendebit. Tum nunquam suo officio deest christianissima illa heroina, Regis soror*[9]. *Quin et procerum magnus numerus jam veritati accessit. In quadam Normandiae*[10] *regione adeo multi jam evangelium profitentur, ut hostes coeperint eam vocare parvam Alemanniam. Interim autem dum, ut fieri solet, nobis dissentientibus, alii nostram, alii vestram de eucharistia sententiam, quae tamen revera eadem est, licet discrepantibus verbis proponi hactenus consueverit*[b], *sequuntur: multi alioqui sanabiles ab evangelio abalieantur, et praebetur telum hostibus, quo veritatem nuperam impugnent. Ipsi tamen, inquiunt, inter se non consentiunt, quod ii non solent, quos agit spiritus Christi.*

Hac ergo de causa fratres, qui illic sunt et redemptionem Israelis expectant[11], *persancte nos hortati sunt, idque jussu Reginae Navarrae, ut quam liceat, diligentem operam demus, ut hoc tandem dissidium sopiatur, in quo certe ultro currentibus calcar addiderunt*[12]. *Spes quoque est, et te, cum Articulos*[13], *quos mitto, legeris, eodem propensurum, praesertim cum non ignores, quantum et nostrates nobis hostes hac de causa insultent et pusillos fide offendant. Gloriam Christi et Ecclesiarum aedificationem solam quaero, novit is, quem nihil latet; hunc precabor, ut eam tibi et nostris mentem adspiret, ne ob verba, cum re idem sentiamus, nostra dissensione Ecclesias diutius turbemus.*

Dominus sit cum spiritu tuo, fortissime christianismi vindex! Utinam hic esses, et Christi negotium tu administrares contra hostes, quos nulla alia virtute quam

carnis et sanguinis instructos experimur. Vale optime. Augustae ex Comitiis, anno 1530. 25. die Augusti.

Tui studiosissimus Martinus Bucerus.

Beilage.

Propositiones novem de sacra Eucharistia[14] *primariis quibusdam theologis inter se dissidentibus anno 1530. per Mart. Bucerum ad dijudicandum propositae.*

I. Prop. Transsubstantiationem negamus.

II. Prop. Item negamus, corpus Christi localiter esse in pane, ut si quis imaginetur ita contineri in pane corpus, sicut vinum in vase aut flamma in ferro candenti.

III. Prop. Interim autem affirmamus, corpus Christi in coena vere adesse, et Christum re ipsa praesentem vero suo corpore veroque sanguine et nos pascere verbis ad hoc suis, quae ministri recitant, et sacris symbolis pane et vino utentem.

IV. Prop. Ut enim baptismo virtutem regeneratricem, ita symbolis eucharistiae ipsum Christi corpus et sanguinem exhiberi confitemur.

V. Prop. Percipi vero haec dicimus sola et simplici et inexquisita fide, ut D. Cyrillus inquit[15]*. Etsi non abhorreamus etiam ab his D. Chrysostomi*[16] *verbis: ‚O ingens miraculum, o magnam Dei benevolentiam erga nos! is, qui sedet supra cum Patre, illa hora omnium detinetur manibus, et dat se volentibus circumdare et complecti'. Et si quae apud hunc vel alios similia reperiuntur, ‚verum ea, quemadmodum hic idem docet*[17]*, intelligimus, ut abjecta omni carnali cogitatione in coelestibus haec geri, et nuda anima puraque mente cerni dicamus'.*

VI. Prop. Fatemur quidem cum D. Augustino[18]*, Christum esse in loco aliquo coeli, propter veri corporis modum; nihilominus tamen et in coena vere ac re ipsa*[19] *praesentem agnoscimus, non localiter tamen, sed modo huic sacramento proprio, qui constat per verba, sed credita, et symbola, sed fide percepta. Utrumque enim confitemur sacramenta tantum esse, cum in usu sunt.*

VII. Prop. Pactum siquidem, quo credimus, pane et vino proposito sisti nobis, adesse et porrigi Christi corpus et sanguinem, isthuc cum his solum esse initum, pro quibus immolata sunt, verba Evangelistarum testantur.

VIII. Prop. Fatemur tamen etiam, eos, qui fide praediti sunt, ita se posse circa haec sacra non ex fide habere, ut nihilominus rei evadant corporis et sanguinis, non absentium, sed praesentium, id quod usu venit Corinthiis.

IX. Prop. Omnino enim christianorum sacramenta praesentis Christi, non absentis signa sunt et testimonia.

[20] *Loqui de hoc sacramento, ut praescribit subjectus Concilii Nicaeni Canon*[21], *etiam Marburgi*[22] *probabant, hodieque probant. Canon: ‚Iterum etiam hic in divina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum panem et poculum, sed exaltata mente, fide consideremus situm esse in sancta illa mensa agnum Dei tollentem peccatum mundi, qui non victimarum modo a sacerdotibus sacrificatur, et nos vere pretiosum illius corpus et sanguinem sumentes credamus, haec esse nostrae resurrectionis symbola. Nam propter hoc neque multum accipimus, sed parum, ut sciemus, quod haec non satietati, sed sanctimoniae serviant.' Huic autem decreto reliqui S. Patres omnes consentiunt.*

[a] mittet 2. — [b] convenerit 2.

[1] Ueber diesen Brief berichtete Bucer auch an den Landgrafen am 27. Aug. bei Lenz l. c. I, 21. Luther ließ diesen Brief unbeantwortet (vgl. an Melanchthon 11. Septb.), deßhalb reiste Bucer mit Einwilligung des Kurfürsten nach Coburg, wo er am 25. und 26. Septb. sich mit Luther besprach. Keim, Schw. Rfgsch. 235, irrig: „Dagegen schickte Luther Mel. den Brief zur Einsicht, daher nun auch Brenz beide Formeln [der Propositionen nämlich] am 8. Septb. an Isenmann schicken konnte, CR. II, 356", denn Melanchthon lernte die Bucer'schen Propositionen nicht erst durch Luthers Zusendung kennen, sondern kannte sie, wenn auch nicht den Brief Bucers selbst, vor deren Absendung, vgl. Mel. an Dietrich 26. Aug. (CR. II, 314 f.).

[2] vgl. Nr. 1723[7].

[3] CR. II, 315. Nr. 864. — Mel. schreibt darüber an V. Dietrich, 26. Aug. (CR. II, 315): Ego ei propositiones composui de ipsius sententia, non mea. Has mitto tibi, ut ostendas Doctori [Luther]. Ego arbitrabar, eum has ipsas propositiones missurum esse, praesertim cum affirmaret, hanc

esse suam sententiam. De ipsius ore scripsi, postea venit, et exposuit se propter Oecolampadium mutasse consilium (vgl. auch Nr. 1760[6]). — Keim l. c. 232: Kaum zu Hause von der Unterredung mit Mel. fand Bucer, daß er zu lutherisch geredet hatte und bis an die Ubiquitätslehre angestreift war.... So stellte er selbst jetzt Artikel, die Mel. sich scheinbar gefallen ließ.

[4] vgl. im Anh. Propos. IV. — [5] vgl. Chrysost. Homil. 83. — [6] vgl. den Schluß der Propos.

[7] Das Folgende zum Theil wörtlich im Brief an den Landgrafen, Lenz I, 25 (wo aber Z. 6. „Lauf" zu lesen ist).

[8] Die beiden Söhne des Königs Franz, welche in Spanien als Geiseln waren, kehrten um Mitte Juli nach Frankreich zurück.

[9] die Königin von Navarra, Margaretha von Alençon, auch von Angoulême; vgl. Nr. 1153[5].

[10] Ueber das Evangelium in der Normandie, welches besonders Etienne le Court, Pfarrer in Condé, verkündigte, s. Herminjard l. c. Seine Lehre wurde 1. Febr. 1532 von der Sorbonne verdammt, d'Argentré, coll. judic. II, 93 sqq.

[11] Luc. 2, 38. — [12] vgl. Plinius, ep. 1, 8, 1.

[13] Herminjard l. c. falsch die in Script. Anglic. p. 691 stehenden: Ex Confessione IV. Civitatum ... de S. Eucharistia cap. 18.

[14] Vgl. dazu die in CR. II, 224, Nr. 798 (an unpassender Stelle) stehenden Artikel, die zum Theil merklich von den folgenden abweichen.

[15] Die Stelle, aus Cyrillus Alexandr. ad objectiones Theodoreti, findet sich in Oecolampads Dialogus (vgl. Nr. 1719[6]) Bl. h_7.

[16] Diese Stelle, aus Chrysost. de dignitate sacerdotum, hatte schon Melanchthon in seinen Sententiae (vgl. Nr. 1546[1]) angeführt, und da Oecolampad diese ganze Schrift in seinen Dialogus aufnahm, so steht sie auch bei ihm Bl. c_6^b.

[17] Chrysost. ibid. bei Oecolamp. Bl. l_6^b.

[18] August. tract. 30. in Johannem. Melanchthon l. c. (bei Oecol. Bl. d_8) hatte die Stelle nach Gratian, Decr. P. III. dist. 2. c. 4 angeführt.

[19] Bucer hat die Wörter vere ac re ipsa geflissentlich gesetzt, wie er sich selbst in seinem Brief an den Landgrafen (l. c.) darüber äußert: „und sintemal sich die Unsern vielleicht auch der Wörtlein essentialiter et realiter, d. i. wesentlich, möchten beschweren, darumb daß der gemein Mann immer etwas gröbers durch dieselbigen verstohn will, dann Dr. Luther selb lehret, hab ich an ihre Statt gesetzet vere et re ipsa, d. i. wahrlich und selblich, welche mit jenen eben Eine Deutung haben".

[20] Den Schlußabsatz leiten die Script. Anglic. mit den Worten ein: Hactenus autographon Buceri; quaedam exemplaria et haec habent: Loqui etc. Daß dieser Absatz aber schon ursprünglich zu Bucers Propositiones gehörte, ersieht man da-

raus, daß er auch in der an den Landgrafen geschickten Uebersetzung der Propos. (bei Neudecker l. c.), sowie in dem Cod. Rostoch. (bei Schirrmacher l. c. S. 353, wo aber mensa jedesmal sinnlos mit „thus" übersetzt ist) sich befindet.

[21] Dieser Canon des ersten (nicht, wie Keim l. c. 234[a], zweiten) Nicänischen Concils ist von Bucer dem Dialog. Bl. f_4 entnommen.

[22] Bucer an den Landgr. (Lenz 23): „Nun ist vorhanden ein Beschluß oder Satzung des großen Concilii Nicaeni, welche ich verteutschet hiemit uberschick; in dieselbige hätte sich Oecolampadius auch zu Marburg gern verglichen. Sintemal dann diese Satzung also staht, daß sie beide die wahre Gegenwärtigkeit Christi im Abendmahl und auch, daß der Leib und das Blut Christi allein von der Seel entpfangen werde, mit gar klaren Worten bekennet und sie M. Philippus als wohl gesetzet gegen mir bekennet und gelobet hat, hab ich D. M. Luther in meinem Schreiben gebeten, er wölle sich an solicher Bekenntnuß auch benügen lassen, so wär ich der Hoffnung, es söllten in soliche bewilligen alle Kirchen, so in der Eidgenossenschaft und am Rhein sind."

(Veste Coburg.) Nr. 1762. 26. August 1530.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.[1]

Luther gibt sein Gutachten bezüglich der ihm zugeschickten Vergleichungs-Vorschläge, daß man auf das Abendmahl unter Einer Gestalt, auf die Winkelmessen und auf die Zulassung des Canons nicht eingehen könne.

Original: [**1.** Weimar, Ges.-Arch. E. fol. 37. Nr. 2, aber jetzt ohne Umschlag, daher die Adresse fehlend]; — handschriftlich: **2.** Wolfenbüttel, Cod. Aug. 19. 15. f. 265; [**3.** Hamburg, Ms. 48. 4°. 47; **4.** daselbst, Ms. 60. 4°. 33]; — Drucke: **5.** Erl. 54, 188, Nr. 335 und den dort angeführten Orten (aber bei Chyträus, S. 281[b], nicht 164[b]); außerdem: **6.** Etliche schöne Trostschriften, herausg. v. Aurifaber, Erfurt 1547. Bl. C_2^b; **7.** Cyprian, Hist. der A. C. Beilagen, S. 203 (aus 1); **8.** Förstemann, Urkb. II, 302 (aus 1); **9.** de Wette VI, 118 (aus 8). — Lateinisch außer den bei 5 angeführten Orten noch: Chytraeus, Hist. A. C. 292. — Die wichtigsten Varianten des Originals gegen 5 sind nach 8 folgende:

S. 189, Z. 7. „Kurfürst und" fehlt; Z. 13. st. ihr eins Theils: jhenes Theils; Z. 20. „oder eine" fehlt; Z. 24. Feilstriche; Z. 30. mit hellem klarem Wort; Z. 33. mir † vergeblich; Z. 34. deß; — S. 190, Z. 5. mußten; Z. 7. sie † es; Z. 9. „denn" fehlt; Z. 18. Von den; Z. 23. st. verbieten: wehren; Z. 27. Winkelmessen; — S. 191, Z. 3. stehe; Z. 8. st. Ungläubigen: Unglauben (?); Z. 9. Christenglauben; Z. 10. Messe; Z. 15. „nicht" fehlt; Z. 21. et fehlt; Z. 25. erst noch dunkel...

aufrichten; Z. 29. ließe; Z. 38. muß; Z. 39. Meßkanon [aber Luther scheint das Wort „Meß" wieder gestrichen zu haben]; — S. 192, Z. 6. „nicht" fehlt; Z. 7. „in" fehlt; „anzunehmen" fehlt; Z. 9. „in" fehlt; „dasselb" fehlt; Z. 11. denn † sofern; Z. 20. st. der: solcher; höhest.

[1] Dieser Brief, sowie die folgenden vom 26. August, kamen am 30. in Augsburg an; am 29. war er, wie man aus der Antwort des Kurfürsten an die Nürnberger Gesandten (CR. II, 322) sieht, noch nicht da, vgl. auch Mel. an Camerar. 29. Aug., CR. II, 329. Am 31. dagegen forderte der Kurfürst vom Kaiser Urlaub (Förstemann l. c. 313), was er nicht gethan haben würde, wenn er nicht aus dem mittlerweile eingetroffenen Briefe Luthers die Aussichtslosigkeit weiterer Verhandlung erkannt hätte. Endlich macht die definitive Abweisung der gegnerischen Vorschläge am 30. allein es schon wahrscheinlich, daß Luthers Briefe eingetroffen waren (vgl. auch Mel. an Luther 1. Septb.). Vgl. Virck in Ztschr. f. Kgsch. IX, 312[4]. — Wahrscheinlich von diesem Brief schickte Brenz schon am 2. Septb. eine Abschrift an Anton Hofmeister in Hall, vgl. Nr. 1743[1].

[2] S. 189, Z. 3 f.] Die Schrift des Kurfürsten an Luther fehlt. Die mit der Schrift mitgeschickten 2 Copien waren Abschriften der katholischerseits am 19. August gestellten „Unbeschliessigen und unvergrifflichen [unvorgreiflichen] christlichen Mittel" (Förstemann II, 250) und der von evangelischer Seite am 20. dagegen aufgestellten „Unbeschließliche und unvergreifliche Antwort auf die gestrigen furgeschlagen Mittel" (Förstemann 256). Daß sie an Luther geschickt werden sollten, zeigt auch der Bericht der Nürnb. Gesandten vom 23. (CR. II, 302): „Wir seind auch bericht, daß der Kurfürst willens sei, die Articul und Handlung alle Doctor Martino Luther zuzuschicken, und haben um unsre Post gebeten bis gen Nürnberg, die wir ihnen zugesagt". Was die Gesandten von dem Ersuchen des Kurfürsten berichten, fällt in die Zeit vom 19.—23. Aug., und schließt nicht aus, daß schon vor dem 23., an welchem Tage schon der Sechser-Ausschuß gebildet wurde (Nr. 1756[15]), wahrscheinlich am 22. (vgl. Nr. 1756 im Anfang), die Sendung an Luther abging.

[3] Z. 19. indifferens] Ecks Meinung, vgl. Nr. 1756, Z. 20.

[4] Z. 23. St. Paulus] 1 Cor. 9, 26.

[5] S. 190, Z. 12. klagen 2c.] Was Luther hier anführt, muß in einem der nicht mehr vorhandenen Briefe gestanden haben; in den ihm zugeschickten Akten wird nichts davon erwähnt. Vgl. auch den Brief an Mel., 29. Aug.

[6] Z. 18. Winkelmessen] vgl. dazu das in vielen Punkten mit Luthers Ausführung sich deckende Judicium de Missa privata des Jonas aus diesen Tagen, CR. II, 306.

[7] S. 191, Z. 5. Kanon] vgl. Nr. 879[5].

[8] Z. 20. St. Augustinus] de civit. Dei lb. V. c. 1.

Nr. 1762a.

Der von Schirrmacher S. 226ff. aus dem Cod. Rostoch. unter der Ueberschrift gegebene: Doctoris Martini Lutheri Rathschlag, geschickt gegen Augsburg ist nur eine, meist wörtliche, Zusammenstellung der von Luther im vorangehenden Briefe gegebenen Rathschläge. Er kann deßhalb hier keine Aufnahme finden.

Veste Coburg. Nr. 1763. 26. August 1530.

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.=Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. 203; **3.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 85b; [**4.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 345; **5.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrmacher 241[1]; **6.** Cod. Jen. a. f. 225; **7.** Cod. Jen. b. f. 135;] — Drucke: **8.** Budd. 197; **9.** Coelest. III, 59; **10.** de Wette IV, 144. — Deutsch: Walch XVI, 1699. — Wir geben den Text nach 1, von den Varianten nur die von 10.

Charissimo fratri in Domino, M. Georgio Spalatino, disciplulo Christi.

Gratiam et pacem in Domino. Est mihi causa, mi Spalatine, in qua tuum officium et fidem invoco, scilicet ut has literas Principis nostri ad me datas[1] cures bona fide sigillo Principis notari et ad me remitti. Nam etsi satis erat manu Principis optimi signatas esse, tamen delectabat me, Cancellarium[2] negligentiae arguere, quod[a] literas Principis non signatas emisit[3]. Memini enim et me aliquando scripsisse Principi sine nominis mei subscriptione, ita negligentem scilicet et arreptum[b]. Nunc vero probe me ulciscor his literis non signatis; dulcis vindicta! Haec fide mea de fide tua expecto curata.

Audio vos non libenter sane inceptasse mirificum opus, scilicet concordandi Papae et Lutheri. Sed Papa nolet, et Lutherus deprecatur: videte, ne operam pulchre luseritis. Quod si invito utroque rem perfeceritis, tum ego mox vestrum exemplum secutus, conciliabo Christum et Belial. Sed tamen scio, vos[c]

non vestra sponte, verum casu, vel potius larvis Spirensium[d] spectrorum[4] in hanc vanam operam raptos esse. Christus, qui hactenus virtus vestra fuit, erit nunc quoque sapientia vestra, ut nihil proficiant Italicae istae astutiae contra vos. Consilium enim malum erit consultori pessimum[5]. Saluta M. Eisleben, D. Brentium, Schneppium et omnes nostros. Gratia Dei tecum, Amen. Ex Eremo, 26. Augusti 1530.

T. Martinus Luther.

[a] qui. — [b] correptum. — [c] Durch die Eröffnung des Briefes blieb nur sc übrig, von Spalatin scio beigeschrieben, vos aber nicht. — [d] nur Spir- übrig, von Spalatin ergänzt.

[1] vgl. Nr. 1762[2]. — [2] Brück.

[3] Luther schickt also den Brief, bei welchem in der Eile das Siegel vergessen war, zurück. Was Seckend. II, 194 dazu bemerkt: Tunc enim Principes literas, quas sua manu non exarabant, subscribere non solebant, sed saltem sigillo firmare; hoc autem deficiente fidem non inveniebant, stimmt nicht ganz. — [4] vgl. Nr. 1747[9].

[5] Erasm. Adag. (aus Hesiod.): In eos, in quorum caput recidit, quod aliis perperam consuluerunt.

(Veste Coburg.) Nr. 1764. 26. August 1530.

Luther an Melanchthon.[1]

Antwort auf 22. August.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 90[b]; **2.** daselbst, Extrav. 221. 13. f. 117; **3.** Dresden, C. 140. f. 82; [**4.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 268[1]; **5.** Hamburg, Ms. 46. 4°. 19; **6.** Cod. Jen. b. f. 114]; — Drucke: **7.** Flacius, Bl. B_4; **8.** Chytraeus, Hist. A. C. f. 270; **9.** Coelestin III, 50[b] (datirt 25. Aug.); **10.** Budd. 195; **11.** de Wette IV, 145. — Den Anfang des Briefs bis zu den Worten ferre potuerint gibt Brecher in der Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 352 aus Cod. Ratzenb. als einen besonderen Brief und setzt ihn gegen Ende August. Die bei ihm nach potuerint folgenden Worte: Vide schedulam hic affixam scheinen mir nicht von Luther, sondern vom Abschreiber herzurühren, der damit auf einen besonderen, jetzt nicht mehr vorhandenen (?) Zettel mit der vollständigen Briefabschrift verweisen wollte. Bindseil CR. Supplem. S. 518 hat ihn nach Brecher ebenfalls als besonderen Brief aufgenommen. — Deutsch: Wittenb. IX, 432;

Jen. V, 63 (al. 121, vom 25. Aug.); Altenb. V, 248; Leipz. XX, 191; Walch XVI, 1695; Chyträus 154b (vom 25. Aug.).

Gratiam et pacem in Christo[a]. Mirabar[b], si hoc sic abiret, mi Philippe, quod hos arbitros illi ferre potuerint, et amice de causa tentarint tractare. Obsecro, quid ibi non est insidiarum et doli? Habes nunc Campegium, habes Salzburgium[c][2], habes plane larvatos istos[d] monachos Spirae Rhenum transvectos[e][3]. Quid enim ego minus unquam speravi, et quid adhuc minus opto, quam ut de[f] doctrinae concordia tractetur? Quasi vero nos papam dejicere possimus, aut quasi salvo papatu nostra doctrina salva esse possit. Ille scilicet foedus et pactum simulat, ut papa maneat, vult permittere et concedere, si[g] faciamus[h] etc.[i] Sed Deo gratia, quod vos nihil istorum[k] recepistis.

Scribis Eccium a te esse coactum fateri, nos fide justificari; utinam coëgisses eum non mentiri. Scilicet Eccius fatetur justitiam esse fidei, sed[l] interim papatus abominationes omnes defendit, occidit, persequitur, damnat hanc doctrinam fidei professos, necdum poenitet, sed pergit. Idem facit tota pars adversariorum. Et cum his (si Christo placet) conditiones concordiae quaerite, et frustra laborate, donec illi occasione aliqua plausum inveniant, quo nos[m] obruant.

Quod scribis de utraque specie, recte fecisti. Ita enim tecum sentio, non esse indifferens, sed praeceptum, ut utramque speciem sumamus, si sacramentum sumere volumus. Non enim nostri est arbitrii in ecclesia Dei et in cultu Dei vel statuere vel tolerare[n], quod verbo Dei non potest defendi, et me urit non parum ista sacrilega vox ‚indifferens'[o]: scilicet hac eadem voce fecerim facile omnes Dei leges et ordinationes indifferentes. Uno enim admisso indifferente[p] in verbo Dei, qua ratione obstabis, ne omnia fiant[q] indifferentia? Clament et vociferentur[r] sane ecclesiam totam a nobis damnari; nos dicimus ecclesiam invitam fuisse captam[s], op-

pressam tyrannide unius speciei, atque ideo excusandam, quemadmodum universa synagoga in Babylone excusata fuit, quod non servarit[t] legem Mosi in ritibus ecclesiasticis et sacramentis suis, sicut[u] in Hierusalem. Neque enim ideo non fuit populus Dei, quia ritus sibi mandatos non servarint[v] ut captivi et violenter prohibiti. Sed Eccius vult se et suos ecclesiam praedicari. Nos contra dicimus, non ecclesiam totam a nobis damnari, sed ab ipsis[w] totum verbum Dei (quod plus quam ecclesia est) damnari in sacramento violato.

De obedientia episcopis reddita[x], et[y] jurisdictione ac ceremoniis communibus, ut scribis, ſehet euch dennoch wohl fur, und gebt[z] nicht mehr, denn ihr habt, ne cogamur[a] denuo ad difficilius et periculosius bellum pro evangelio defendendo. Scio vos evangelium semper excipere in istis pactis[b], sed metuo, ne postea nos[c] perfidos aut[d] inconstantes insimulent, si non servemus, quae voluerint. Ipsi enim nostras concessiones large, largius, largissime accipient, suas vero stricte, strictius[e], strictissime dabunt.

Summa, mihi in totum displicet tractatus[f] de doctrinae concordia, ut quae plane sit impossibilis, nisi papa velit papatum suum aboleri. Satis erat, nos reddidisse rationem fidei et petere pacem; convertere eos ad veritatem quare speramus? Nos venimus audituri, an nostra probent, nec ne, liberum illis permittentes manere quales sunt[g]. Et quaerimus, an damnent vel justificent? Si damnant, quid prodest cum hostibus concordiam velle tentare[h]; si justificant, quid opus est veteres abusus velle retineri? Cum vero certum sit, damnari ab ipsis nostra, eo quod[i] non[k] poeniteant, et sua retinere conentur: cur non intelligimus, omnia esse fucum et mendacium, quaecunque[l] tentant? Neque enim dicere potes, e[m] Spiritu sancto eorum ista studia manare, in quibus nihil poenitentiae, nihil fidei, nihil pietatis est. Sed Dominus, qui coepit in vobis, per-

ficiet[n] opus suum[4], cui vos commendo ex animo.
7. Kalend. Septembris[o] 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Gratiam etc. fehlt 8. — [b] Mirabor 9. 10. — [c] Saltzburgensem 1. — [d] illos 2. 6. — [e] trajectos 1. 4. — [f] de fehlt 2. 6. — [g] ut 1. — [h] faciemus 2. 6. 8. — [i] scilicet 7. — [k] istorum fehlt 2. 6. 8. — [l] qui 9 (am Rand: sed). — [m] vos 6. — [n] tollere 9 (am Rand: tolerare). — [o] et me urit etc. fehlt 2. 3. 6. 9. — [p] indifferenti 1–3. 6. 8. — [q] sint 1. 2. 6. 8. 9 am Rand. — [r] Clamet et vociferetur 1. 2. 8. 6; Clamant et vociferantur 7. — [s] † et 7. 8. — [t] servavit 1. — [u] sicut fehlt 1—4. 6. 8. — [v] servavit 8. — [w] ipso 2. 6. — [x] reddenda 8. — [y] ut 2. 6; ac 8. — [z] vergebet 7. — [a] cogamini 2. 6. 8. — [b] factis 1. — [c] nos fehlt 9. 10. — [d] et 1. 2. 4. 8. — [e] † et 1. 6. — [f] tractatio 4. — [g] sint 1. 4. — [h] tractare 2. 6. 8. 9 am Rand. — [i] † adhuc 1. 4. — [k] nec 3. 7. 9. 10. — [l] quicquid 1. 3. — [m] a 1. 4. — [n] perficiat 2. 6. — [o] 25. Augusti 8.

[1] Dieser, sowie der folgende Brief an Melanchthon Nr. 1771 sind es wohl, welche Oecolampad am 25. Septb. abschriftlich an Zwingli sandte mit den Worten: Habes hic epistolas Martini ad Philippum satis masculas, utinam magnanimitati huic synceritatem judicii in aliis adhiberent (Zw. opp. VIII, 518).
[2] Erzbischof und Cardinal Matth. Lang. — [3] vgl. Nr. 1747[9].
[4] Phil. 1, 6.

Veste Coburg. Nr. 1765. 26. August 1530.

Luther an Jonas.

Handschriftlich: **1.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 92[b]; [**2.** Cod. Ratzenb., vgl. Ztschr. f. hist. Theol. 1872, 335; **3.** Cod. Rostoch., vgl. Schirrm. 268[2];] **4.** Dresden, C. 140. p. 80; [**5.** Cod. Jen. b. f. 125;] — Drucke: **6.** Coelestin III, 57; **7.** Budd. 198; **8.** Schütze II, 166; **9.** de Wette IV, 157; Varianten auch bei: **10.** Tenzel, cur. Bibl. I, 400. — Deutsch: Walch XVI, 1698.

Gratiam et pacem[a]. De causa nostra[b] vidi et legi arbitria vestrorum. Sed quod Philippo[1] scribo, idem tibi scribo, ut digneris in obsequium Christi et in gratiam mei, si aliquid Christi sum, cum omnibus nostris credere, quod Campegius est unus[c] magnus et insignis diabolus[d]. Non potest dici, quam vehementer[e] sim commotus ex istis conditionibus, ex[f] altera parte propositis, sic scilicet irridentibus et illudentibus daemonibus nostram crucem. Haec techna (vivo ego[g]) Campegii et Papae est, ut primum causa nostra vi et minis tentaretur, quae[h] via si non succederet[i],

tum dolis et insidiis peteretur. Vim et minas experti estis, atque illum terribilem adventum Caesaris sustinuistis; nunc dolos et vere larvatos istos monachos apud Spiram[k] Rhenum transvectos[2] sustinetis, scilicet[1] illorum adventus has concordias doctrinae movet, et verum est mysterium[m] hoc: quid enim ultra vim et dolum potest pater doli et mendacii et[n] autor mortis et violentiae? Sed qui dedit vobis[o] superare vim, dabit et dolum superandi gratiam et virtutem. Verum de his ad Philippum et Principem[3]; nuntium festinato remittere oportuit. Sed[p] viriliter agite, neque cedite[q] adversariis quicquam, nisi quod evidenti Scriptura probaverint[r]. Dominus Jesus sit vobiscum, Amen. Ex Eremo, 7. Kal. Septembris 1530.

T. Martinus Luther.

[a] Gratiam etc. fehlt 2. 6. 8; † in Domino 1. 3. — [b] vestra 2. — [c] vivus 2. 10. — [d] ut digneris etc. fehlt 6. — [e] vehementer fehlt 1. 3. — [f] ab 6. — [g] (vivo ego) fehlt 7. 9. — [h] qua 2. 6. — [i] successerit 10. — [k] st. apud Sp.: Spyrae 6. — [l] † et 1. 2. 3; sed et 6; st. scil.: et 8. — [m] ministerium 2. 10. — [n] et fehlt 7. 9. — [o] vobis fehlt 6. — [p] Verum de etc. fehlt 2. 6. — [q] credite 9. — [r] evidens Scr. probaverit 8. 10.

[1] Nr. 1764. — [2] vgl. Nr. 1747[9]. — [3] Nr. 1762.

Veste Coburg. Nr. 1766. 26. August 1530.

Luther an Brenz in Augsburg.

Beantwortet 4. November.

Erster Druck: **1.** IN PROPHETAM | AMOS, IOHAN-|NIS BRENTII | EXPOSITIO. || Cum præfatione Mar-|tini Lutheri. — Am Schluß: VVITTEMBERGAE EXCVDEBAT | IOHANNES LVFT, ANNO | M. D. xxx. — 12½ Bg. in 8°. m. Titeleinf. — Luthers Brief steht Bl. A_2; — handschriftlich: **2.** Wolfenbüttel, Helmst. 108. f. 86[b]; **3.** Cod. Goth. A. 1048. f. 176, Nr. 217 (von Melanchthons Hand, vgl. Burkhardt, Brfw. 184); **4.** Cod. Nebel; — Drucke: **5.** Coelestin III, 57; **6.** Budd. 192; **7.** Unsch. Nachr. 1743, 646; **8.** de Wette IV, 148; **9.** Erl. opp. v. arg. VII, 511. — Deutsch: Jen. V, 146; Eisleb. Ergzbd. II, 17[b]; Altenb. V, 275; Leipz. XII, 83; Walch XIV, 189. — Wir geben den Text nach 1, von Varianten nur die von 8 und 9.

Venerabili in Christo viro, D. Johanni Brentio, discipulo et confessori Christi, Ecclesiae Halensis presbytero fidelissimo.

Gratiam et pacem in Christo Jhesu Domino nostro. Redit ad te, optime Brenti, Amos tuus, quem ad me jam dudum miseras[1]. Non est mea culpa, quod tardius editus est, sed voluntas ejus, cui donasti[2]. Qua ratione is motus sit, incertum est mihi[a]. Verum quod[b] tu pro humilitate spiritus tui totum hunc commentarium meo judicio subjicis, ut mutem, addam, detraham, quae viderentur[c] mihi, absit a me, ut in hoc te audiam. Cum enim inter profanos odiosum sit, in alieno libro ingeniosum esse, multo magis inter christianos intolerabile est, sibi magisterium super ejusdem spiritus discipulos arrogare. Satis est probare spiritus, an ex Deo sint[3]; ubi probati fuerint, tum mox venerari et osculari, ac posito magisterii supercilio, discipulum potius fieri. Neque enim potest fieri, quin, ubi Spiritus Sanctus loquitur, talia loquatur, quae omnem hominem venientem in hunc mundum[4] sibi subjiciant et discipulum faciant, siquidem sapientiae ejus non est numerus[5].

